NALE VITT. EMANUELE
14
H
37
80
84 C 38
64 C 36

5835

Digitized by Google

Expositio concernens
capturam principis
de Furstenberg etc.

BIBLIOTECA

Propoſitio
FACTA VIENNÆ ſuæ S.C. M^ai.
EX PARTE
Suæ Regiæ M^ai. Sueciæ
Concernens Capturam
Principis de
FURSTENBERG.
Reſponſum ſuæ S. C. M^ai.
Ad illam Viennæ Datum
Legato ſuæ M^ai Regiæ
Sueciæ,
Accedit Reſponſio ad illud,
Item
Copiæ litterarum ſuæ Regiæ Chriſtianiſſimæ M^ai. ad
Miniſtros ſuos in partibus extraneis.
Sicut & Memoria
Pro D. D. Courtin & Barillon Legatis extraordinariis
ac Plenipotentiariis ſuæ Maj. Chriſtianiſſimæ ad Tractatus Pacis Coloniæ.

ARGENTORATI, 1674.

SACRA CÆSAREA MAJESTAS

Bibliot. secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

Domine Clementiſſime,

Cum autoribus quibuſdam (ut vulgo jactatur legionis Granianæ officialibus) violenta Sereniſſimi Dni. Electoris Colonienſis ad tractatus pacis ſolenniter conſtituti Plenipotentiarii ac Legati Excellentiſſimi Dni. Landgravii à Furſtenberg Coloniæ in via publica die $\frac{4}{14}$ labentis menſis Februarii facta detentio, & mox ſecuta in captivitatèm abductio tot & tanta rerum momenta contineat,

Google

ut vel minimus qui exinde naſcetur effectus conuentus juſtius reducendæ infinitis Chriſtianorum votis ac gemitibus expetitæ pacis inſtituti & ingenti labore ſumptuque non ſine firma optati eventus ſpe hactenus continuati, omnimodam diſſolutionem pariturus ſit: à S. R. Majeſt. Sueciæ, Rege & Domino meo Clementiſſimo admunus mediatorium exercendum ampliſſima autoritate inſtructi Excellentiſſimi atque Illuſtriſſimi Domini Legati Extraordinarii ut mature evitarent (quantum in ipſis eſt) malorum quæ inde non ſine cauſa metuuntur ſeriem, die [6/16] Februarii nobilem quemdam

dam

dam ad S. C. Majeſt. V. Campi Marſchallum Generalem Dominum Ducem de Bourneville Bonnam ire juſſerunt. cum litteris factum iſtud indicantibus, & ut ſine omni mora debitè reparetur maximopere deſiderantibus: à quo cum aliud reſponſum non obtinuiſſet niſi quod ex addita ſcheda videre licet, ſe ſcilicet curaturum ut ea res S. C. Majeſt. V. quam celerrimè nuntiaretur, in iſto diſcrimine hærentes ac inſuper probè perſpicientes factum iſtud à reliquis pacis cauſa Coloniæ agentibus Miniſtris publicis ita accipi, ut (niſi Regum Principaliumque ſuorum honorem nefa-

riè proſtituere, & quæ Sacroſancto ipſorum Miniſterio & corporibus debetur, ſecuritatem auſu plus quam temerario ipſimet prodere malint) diciitius ibi commorari nequeant, diſceſſumque non obſcurè jam moliantur promptius remedium non invenerunt quam alium è comitatu ſuo nobilem citatis equis ad me amandare, mihique ſimul injungere ut à S. C. Majeſt. V. debitam atrocis illius facti, cujus ejuſdem officiales incuſantur reparationem, eâ quâ par eſt reverentia obnixè peterem, autores vero ipſos & illorum, adjutores ac ſocios ad dignam pænam inſtantiſſimè poſcerem.

Enim-

Enimverò percrebuit interea Vulgi rumoribus detentionem iſtam juſſu S. C. Majeſt. V. factam, nec diffiteor id ipſum ab Excellentiſſimo D^no. Conſiliario intimo & Aulæ Cancellario Barone Hochero nuper præterita die Saturni mihi quoque & quidem mandato ut præſe ferebat Majeſt. V. C. factum eſſe, quoniam tamen in notificatione iſta præſupponebatur dictum Dominum Landgravium à Furſtenberg Legati ſanctimonia nullatenus munitum fuiſſe & præterea ne verbo quidem indicabatur ipſam Coloniam à S. C. Majeſt. V. executioni iſti deſtinatam, facile apparuit Offi-

ciales iſtos & in perſona & in loco qui non Legatis tantum ſed & ipſis principalibus eorumque miniſtris & Servis vigore fidei publicæ à S. C. Majeſt. V. datæ ſecuritatem inviolabilem præſtare debeat inſigniter erraſſe, atque adeo ſuæ tantum libidinis nulla tenus autem S. C. Maj. V. mandatorum executores fuiſſe.

Quapropter à S. C. Majeſt. V. nomine S. R. Maj. Sueciæ vigoreque autoritatis, communi partium belligerantium conſenſu ipſi conceſſæ, ſummo ſtudio, pro me vero ſubmiſſè & enixiſſimè contendo; ut non tantum facinoris iſtius mandati prom-

pta

pta fiat ac decens reparatio, dictuſque Dominus Landgravius à Furſtenberg, unde violenter abductus fuit, juſſu S. C. Majeſt. V. digne ſuoque Caracteri congruenter reſtituatur, verum etiam in Officiales & eorum aſſeclas, ut in male conſultos, temerarioſque mandatorum Cæſareorum interpretes & Transgreſſores ſicut delicti gravitas & tot Regum Principum ac Statuum ipſiuſque Majeſt. V. C. imprimis vero ſuæ R. Majeſt. Sueciæ, cujus quippe opera & interventu ipſius loci ſecuritas procurata & ſpecialiter obtenta fuit, honor fideſque publica & Sanctiſſima Legatorum jura e-

normiſſimè læſa ac Violata requirere videntur, & à S. C. Majeſt. V. tot illuſtribus ſpeciminibus probato in juſtitiam æquitatem & pacem ſtudio exſpectare fas eſt ſeveriſſimè & poſteritati in exemplum animadvertatur. Super quo benignum ſimul ac expeditum reſponſum exſpectans Majeſt. V. Gratiæ Cæſareæ devotiſſimè me commendo.

Sacræ

SAcræ Cæſareæ Regiæq; Majeſtatis nomine Coronæ Sueciæ ordinario Reſidenti Domino Eſaiæ de Puffendorf ad memoriale hiſce diebus porrectum perbenigne ſignificatur ſcilicet altiſſime memoratam Cæſaream Majeſt ex modo allegata expoſitione Domini Reſidentis Suecici pluribus percepiſſe, ex quibus cauſis Domini Mediatores Suecici Coloniæ commorantes ſibi perſuaſerint capturam & arreſtationem principis Wilhelmi de Furſtenberg decima quarta præteriti menſis Februarii ſubſecutam minus juſte factam ſalvumque conductum, 19. Aprilis præter lapſi

anni in Imperii comitiis publicatum omnibuſque Imperii Electoribus principibus & Statibus conceſſum, violatum & proinde in authores non ſolum ſevere animadverti pariterque dictum Principem in libertatem reſtitui prætendant ac petant.

Ad quæ ex Clementiſſimo ſuæ Cæſ. Majeſt. mandato dicto Domino Suecico reſidenti reponitur altiſſimæ memoratæ Cæſ. Majeſt. non conſtitiſſe & etiamnum conſtare nominatum Principem Wilhelmum de Furſtenberg Legati Charactere munitum fuiſſe, aut aliquam Plenipotentiam ab ullo Imperii Statu quem negotium pacis concer-

cernit, produxiſſe aut eam debitis locis pro notitia publica & univerſitati exhibuiſſe, imo nec locus ſit Plenipotentiæ præſente principali nec ſub nomine. Familiarium, niſi qui pane & victu Domini vixerit, minimè vero illi qui diverſa à diverſis Officia ſuſcipiunt includantur, neque etiam ſi hoc facere attentaſſet, ſuam Cæſ. Majeſt. hoc unquam admiſſuram. Fuiſſe eum non deceat originis Germaniæ & Imperii ſubditum domuſque Auſtriacæ vaſallum & Provincialem Archiducatus Auſtriacæ tale munus contra ſuam Cæſ. Majeſt. ſuſcipere cum etiam omnibus rerum Germanica-

rum peritio abunde ſit cognitum, ſub nomine Electorum Principum & Statuum Imperii non alios comprehendi, aut includi, quam qui voto & ſeſſione in comitiis gaudent & inſuper ſummorum Regum & principum Legatis, ubi ejuſmodi officio funguntur, minime permiſſum ſit, in loco, ubi hoc munus exercent delinquere & machinationes contra Statum illius cui peculiariter ratione originis & ſubjectionis, vel aliis ex vinculis ſunt adſtricti moliri aliaque quæ ſuæ Majeſt. Cæſ. ſummæ exiſtimationi & authoritati vel maxime præjudicarunt facere & attentare & hæc ſingula ſuo tempore & lo-

co

co latius ſint deducenda, præterquam quod ex facti notorietate orbi Christiano pateat, quanta & qualia in diſpendium totius Imperii dictus Princeps modo arreſtatus commiſerit & quod belli pręſentis principalis inſtigator extiterit, legioni etiam Gallicæ ut Chiliarcha præfuerit nec avocatoriis Cæſareis debitam obedientiam præſtiterit, inde ſane quemcumque affectibus liberum facile disjudicaturum, juſte dictum Principem arreſtatum, ne ei vltra ſit integrum in ſuę Cæſ. Maj. & totius Imperii diſpendium in prioribus veſtigiis pergere pacemque rei Chriſtianæ tantopere neceſſariam

im

impedire & ſufflaminare quæ ſane amoto tanto obſtaculo & turbatore publico cùm univerſali ſolatio omnium bonorum poterit facilius obtineri & eo minus ſubeſſe cauſā dominis Legatis Gallicis de dicto arreſtato conquerendi cum ſecuritate illis promiſſa & debita in hodiernum diē pleniſſime, fruiti fuerint, atq; in poſterum fruentur, quamvis Rex Chriſtianiſſimus ſalvum conductū Ser. Domino Lotharingico Duci ad quem vi reciproce ex jure naturali deſcendentis obligationis tanquam erga Cæſaris confœderatū tenebatur non expediverit, imò hæc facere detrectaverit & per hanc remoram progreſſum incepti tra-

tractatus hujuſque ſiſterit, ſed & in ſuper Naſſoviæ Comitem contra ſecuritatem à Gravellio omnibus Imperii Statibus totis & toties in dictis Comitiis promiſſam arreſtato & captura ſatis gravi longo jam tempore detinuerit. Quæ cum ita ſe habeant non dubitare altiſſime memoratam Cæſ. Maj. mentionatos Dominos mediatores Suecicos, re altius & penitus diſcuſſa hiſce irrefragabilibus rationibus acquieturos & ſiniſtrum judicium quod de memorati captura habuerunt depoſituros nec propter hanc tractatum pacis toti rei Chriſtianę tãtopere conducibilis abrupturo

ros ſed potius ad initiores cogitationes deventuros, & pro ſuo laudabili Zelo eam omni opere & Studio promoturos nec unquam commiſſuros, ut non cõtinuati tractatus culpa in illos jure conjiciatur, quem ſua Cæſ. Maj. dictum Dominũ Reſidentem perbenigne requirit ut hancce declarationẽ à Maj. Cæſ. clementiſſime demandatam fideli relatione & officiorum genere proſequatur pro ut hæc & plura alia ſuę Reg. Maj. Sueciæ per dominum Comitem de Sternberg proxime pluribus exponẽtur, cui etiam gratiam ſuam Cæſaream omnimodo confirmat. Signatum Viennæ ſub ejuſdẽ Maj. Cæſ. Sigillo ſecretiori die octava Martii 1674.

SE-

SERENISSIME.

QUod Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſt. V^ra. placuit ſub die octava Martii ad memoriale nomine Regiæ Majeſtatis Sueciæ porrectum perbenigne reſpondere, hoc ipſum pluribus percepimus & quidem ſicut ſemper præſuppoſuimus S. S. Cæſ. Majeſt. non conſtitiſſe, & etiamnum conſtare Principem Wilhelmum de Furſtenberg Legati Charactere munitum fuiſſe, aut aliquam Plenipotentiam ab ullo Imperii Statu (quem negotium pacis concernit) produxiſſe aut eam debitis locis pro notitia publica & univerſali exhi-

buiſ-

buiſſe, imo nec locum eſſe Plenipotentiæ præſente Principali, nec ſub nomine familiarium comprehendi, eo quod panè & victu domini non vixit Sed diverſa à diverſis officia ſuſcepit nec decere aliquem originis Germanicæ & Imperii ſubditum domuſque Auſtriacæ Vaſallum, tale munus contra S. Cæſ. Majeſt. ſuſcipere neque ſub nomine Principum alios intelligi, quam qui voto & ſeſſione in Comitiis gaudent & ubi tali officio Legati Funguntur, minime permiſſum eſſe in loco ubi hoc munus exercent delinquere ac machinationes contra Statum illius cui peculiariter ratione ori-

originis & ſubjectionis vel aliis ex vinculis ſunt adſtricti, moliri aliaque quæ S. C. Majeſt. exiſtimationi maxime præjudicarent facere orbique Chriſtiano conſtare quanta & qualia in diſpendium totius orbis Chriſtiani commiſerit, præſentis belli inſtigator fuerit, mandatis avocatoriis obedientiam debitam non præſtiterit, Legionis Galliæ Chiliarcham egerit, ideoque non pacem ulterius ſufflaminet amotum fuiſſe, minuſque ſub eſſe cauſæ Dominis Legatis Gallicis conquerendi, quod hucuſque Pleniſſima ſecuritate fruiti ſint, & etiamnum fruantur, quamvis Rex Chriſtianiſſimus

mus Duci Lotharingico ſalvum conductum non expediverit & Comitem Naſſoviæ contra ſecuritatem à Gravellio omnibus Imperii Statibus promiſſam detinuerit, licet nunc optatius nihil nobis accidere potuiſſet quam ut graviſſima hac in re S. C. Majeſt. Vrę. ulteriore noſtro acceſſu parcere nobis integrum fuiſſet, cum tamen ſecuritas non minus à nobis nomine altiſſime dictæ S. Majeſt. Regiæ Sueciæ quam Vræ S. R. Majeſt. Cæſ. ipſi generaliter ſub declaratione 19. Aprilis facta promiſſa dataque ſit & hinc ſalus gentium dependeat, fideque publica ſemel violata omnes

ne-

negotiationes & tractatus, proindeque omnia alia commercia hominum corruere neceſſe ſit, & è re totius Chriſtianitatis ſingulariter S. V. C. Majeſt. & Regiæ Suecicæ eſſe duximus priori noſtræ per Reſidentem exhibitæ implorationi hanc informationem addere, nullatenus dubitantes quin C. Majeſt. V. ſi (prout ſemper præſuppoſuimus) ipſi conſtitiſſet memoratum Principem Charactere Legati munitum ac in declaratione de 19. Aprilis comprehenſum fuiſſe & à nobis ſecuritatem promiſſam adeo ignominioſam & ſanguinè innocentum contaminatam capturam inhibuiſſet,

cum

Cum vero notorium ſit ipſum charactere munitum in declaratione C. M. V. qualitate tali Principis (qua cum affectu gaudere multo minus ipſi captioni ſed favori & gratiæ eſſe debet) & Miniſtri D. Electoris Colonienſis comprehenſum a nobis & omnibus alliis ad tractatum pacis ab legatis pro tali habitum & cum eo uti tali actum geſtumve eſſe, ſumtibus Principis Electoris nec non ejuſdem ſtipendio vixiſſe, nomen Miniſtri ac Conſiliarii intimi nec non ejus negotia geſſiſſe, plenipotentiam produxiſſe, ipſam ſuam Cels. E[lem] nunquam tractatibus in perſona interfuiſſe ſed omnia per eum ejus nomi-

ne

ne geſſiſſe, nihil ipſi unquam oppoſitum vel contradictum fuiſſe imaginari nobis nõ poſſumus quod C. V. Majeſt. pro conſervanda ſua & S. R. Maj. Sueciæ authoritate & fide publica a qua omnia mundi negotia dependent, in relaxando & remittendo dictum Principem amplius difficilem eſſe poſſe, tum quia ad fæliciorem præſentis tractatus exitum, quam fidei ſalutiſque publicæ ſtabilimentum tendit ac alius impoſſibile futurum. Si fides ubi maxime exuberari debet auguſtiſſimis Cancellis includatur, reſtringatur, ac captioſitatibus ſubjiciatur bonum publicum tractatibus impeſterum promoveri poſſit

credimus plane nec aliter nobis perſuadere poſſumus quã C. Majeſt. V. innatam in publicum clementiſſimam & ſinceriſſimam propoſitionẽ non permiſſuram ut indicata Ser. Domus Archiducalis gloria & clementia ob motis tam exigui momenti difficultatibus in minimo obſcuretur nolimus in tędium C. ac R. V. Majeſt. quicquam de iis quæ cauſam capturæ attinent meminiſſe, hoc vero, quia omnes tangit, nõ mœrere non poſſumus, quod ſi ſub ſola ſuſpicione nudiſq; informationibus ad ipſa morte duriorem nunquam ante hac auditam capturam procedendi poſteaq; ordine in verſo de cauſa proceſ-

ſum

ſui] inſtituendi janua aperiatur, nemo qualiſcumq; tandem ſit ſine metu ſervire, nullum jus, nulla conſtitutio publica amplius locum habere poſſit, ſed omnia quæ de inſtituendis proceſſibus ordinandiſq; judiciis ac recenter ipſis capitulationibus in jure privato & publico ſtatuta ſunt, irrita fore & inania ex reſponſo S. C. Majeſt. V. perſpeximus ipſam informatam eſſe, quaſi Legatione ejus pendente, contra ipſam, ejuſq; altiſſime memoratam domum deliquerit, diverſa machinatus, in contemptum locutus, belli inſtigator ſit, pacem publicam turbarit, hæc omnia de quovis bono dici poſſe nemo dubitat: ſed

quod ſub hoc prætextu, nullo ſervato juris aut judicii ordine tam inaudito modo armis coadunatiſq; militibus, nullo diſcrimine nocentum vel innocentum habito aliis trucidatis, aliis lætaliter læſis in Civitate libera, loco tractatibus pacis ſacrato pro neutrali ab omnibus belligerantibus habito & recognito abduci queat an ſaluis iis quæ jure ordinata & ſancita ſunt fieri poſſit, an non à mente & intentione S. C. Majeſt. V. plane alienum ſit inquirere nolumus, multo minus an ſubditus an vaſallus, an mandatis avocatoriis paruerit, pacem impedierit, hoc atteſtari poſſumus & non ſolum ex charitate Chriſtiana, ſed officii neceſ-

ſitate tenemur, nos cauſam nullam habere conquerendi quod nullum impedimentum inierit ſed potius omnia quæ ab ipſo in hunc finem deſiderari poſſunt & principe digna ſunt ad hoc ut illa reſtitueretur ſedulo collata eſſe quod Ser. Domus Auſtriacę, nec vaſallus nec ſubditus nec juramenti Vinculo obſtrictus ſit & quamvis parens ejus aut frater natu major ipſo pupillo exiſtente, eoque inſcio certa bona feudalia cum denominatione ejus in feudum acceperit ipſa tamen juramentum fidelitatis non præſtiterit, nihil unquam de bonis poſſiderit aut poſſideat, imo omni expectationi tam in Imperio

quam alibi ſitorum plurimis ante annis in favorem DD. ſuorum fratrum natu majorum renunciarit, ſicq; liber fortunæ ſuæ Miniſterio ſervire ſtuduerit, clericus ſit in majoribus conſtitutus ex relationibus diverſorũ nobis innotuit.

Quouſq; ergaS.C. Maj. V. mandata avocatoria præſtita in obedientia ſe extendat judicare non poſſumus: ſaltem hoc ad informationem celare nequimus ipſum pendentibus hiſce pacis tractatibus Legionis Gallicæ Chiliarcham non egiſſe,nec hanc legionem unquam arma contra S. C. Maj. veſtram portaſſe, ſed ſtrenue pro promovenda pace laboraſſe, & ea qua par eſt reve-

ren-

rentia & devotione de S. C. Maj. V. ſermones (quorum ſicut & animi unuſq; interpres eſt) habuiſſe & cum etiam in notoriis graviſſimiſq; criminibus aliquando ea quæ curſum proceſſus prolongant, citius expediri, quæ vero indagationem veritatis & ſubſtantiam proceſſus attinent, præteriri nullo modo poſſint, multo minus à tam acerba executione inchoandum ſit, ac quanto magis caſus præſens trahit. Poſt ſe in publicis & privatis præjudicium, tanto minus præcipitandum & defenſiones poſtponendę fuiſſent cogimur: prioribuſq; noſtris inhærendo iterum enixiſſime. S. C. Maj. V. rogare & pro ſua

immortali gloria ſtabilimento juſtitiæ ac ſequela boni publici ad exemplum aliorum avertendum innocentibus timenda mala locum reſtitutioni ſæpe dicti, Principis dare ac illam clementiſſime demandare dignetur. Securi nobiſque de ejus hucuſque perſpecta ingenuitate certo pollicentes ipſum reſtitutione prævia talem ſatisfactionem daturum, ut ipſius innocentiam & devotionem S. C. Maj. V. re ipſa perſpicere liceat.

DOMINE.

QUod magis ſacrum in fide publica, jure gentium, ac pacis alicujus negotiatione: quodq; Europa tota aviter deſiderat ac ſperat, in Perſona Principis de Furſtenberg ita violatum invenitur: ut non dubitem quin attentatum ſimile indignationem generalem contra eos qui ſe authores declarabunt ſit excitaturum, a tempore enim quo per interpoſitionē & mediationem Regis Sueciæ pro bello amovendo intentionē meam notam feci, Rex magnæ Britanniæ ad id non minus favorabiles diſpoſitiones adhibuit & Princeps Elector Coloni-

lonienſis & Epiſcopus Monaſterienſis menti noſtræ ſe conformarunt ut Civitas Colonienſis, quam tunc pro loco tractatuum Pacis deſignaveramus, a Dominis Statuum Generalium unitarum Provinciarum Belgii ipſorum confæderatis acceptata; ut pacis ac publicæ ſecuritatis ſedes in medio armorũ effecta fuerit: ex tunc enim Miniſtri & Plenipotentiarii Principum omnium, quorũ intererat ad illam fide data convenerũt: ſed quia legio D. Marchionis de Grane ab aliquo tempore Coloniæ in præſidio fuerat, timendum erat ne copiæ ſibi obedientes neutralitatem læderent: Rex Sueciæ huic difficultati per

Mini-

Miniſtrum ſuum Viennæ occurrit, ut litteræ quarum copiæ his jungentur, ad oculum demonſtrant quam ſolemni obligatione in initio tractatus ſe Imperator conſtrinxerit, qui & in Ratiſbonenſi dieta ſecuritatem Miniſtris Principum ad tractatum Pacis deſtinatis maxime neceſſariam promiſerat. Interea didici 14. hujus Principem Guilielmum de Furſtenberg Electoris ColonienſisPlenipotentiarium & ab omnibus Miniſtris & Legatis in hac urbe degentibus, imo a Legatis Imperatoris, Regis Hiſpaniarum ac Statuum Generalium pro tali habitum & acceptatum, pleno die ab Officialibus & militibus le-

gionis de Grane Bonnæ in hunc finem miſſis, ſuis prope ſe occiſis & magno numero lęſis invaſum fuiſſe: & per portas favore militum de Grane, qui ex portis unam cuſtodiebāt, quiq; violentiæ huic favebant, delatum per legiones aliquas Cæſareas extra portam expectantes, Bonnā deductū eſſe intelligò quod autem de tali actu cognovi illud eſt, quod nempe omnes Principes qui in hoc pacis tractatu Miniſtros habent, in hac pronominata Plenipotentiarii perſona æqualiter lædantur; illudq; (quo nihil ſanctius in verbis & ſalvis conductibus invenitur) violetur, ac toti Europæ in Ruptura tractatus pa-

cis

cis (unde requiem ſperabat) jactura maxima adferatur. Verum & illud me & magnę Britanniæ Regem lædit gravius, quia cum Electore Colonienſi confæderati, illeq; nobis in armis contra Generales ſtatus conjunctus erat. Quamvis autem ab Officialibus Cæſareis ejuſq; copiis hunc actum violentum fuiſſe patratum noverim: id tamen ex juſſu & mandato factum credere necdum volui; pœnæ tamē reis infligēdæ libertaſq; Principi Guilielmo inceſſanter reſtituēda hęſitantem clarius edocebunt & quid credendum ſit in lucem dabunt: Si autē ſcitu proprio, vel etiā impunitate, & authoritate ſua violentiam hanc tā pal-

palpabilem non ſolũ fidei publicę verum etiam eidem, quã in Dieta toti conceſſerat Imperio, contrariam, foverit: poterit exinde totum Imperium cognoſcere dilucide, has diſrumpendi conferentias pacis, Imperatorem non tantum affectaſſe verum, etiam (ne optata pax e manibus ſuis arma tolleret) timuiſſe: quæ tamen poſtquam ſub vano & frivolo Germanicæ libertatis prætextu arripuit: Germaniam ipſam minus conſervant, ſed opprimant magis: dum magnam ejus partem per exercitus ſui tranſitum vaſtaverit: unum Electorem ſpoliaverit & quod uſq; modo copias ſuas in locis indifferenter Rheno adjacentibus ſubſiſte-

re faciat modumq;quærat quo bellũ diutius valeat continuare: imo nil in Principe Guilielmo incepit, quod cõſequenter & magis impune in aliis quoq; Principibus (libertatem eis adimendo) facere intendat.

Hæc inimicorum acta a pace omnino aliena, Legatiſque quibus tractandi deſuper cura commiſſa erat) nimis periculoſa eo me deduxerunt ut (ni illatæ injuriæ reparationem, quæ & mihi & confœderatis meis illata eſt, expectarem confidenter) legatos meos Colonia revocarẽ & conventum illum (qui toti Europæ pacẽ dare poteſt) diſciparem: ideoq;, donec quæ Imperatoris ſit ſentẽtia palam fiat, Legatis meis Coloniæ de-

gentibus ibidem adhuc commorari mandavi & pacis negotia (quæ inutiliter tractarent & continuarent) ſuſpendere præcepi: & dum inimici noſtri pacis tractatum per vias extraordinarias rumpere moliantur, iiſdem Legatis meis mandavi ut id ipſum omnibus Plenipotentiariis & Legatis Regis Sueciæ qui præ cæteris ratione intereſſe Regis ſui ſecuritatiſq; publicę leduntur (quæ eorum mediatione ſalva conſiſtere debuiſſet) ſignificare velint, illudq; omnibus meis jubeo ut omnibus exterarum nationum aulis id notum faciant, certus enim ſum, quod quo plus inimici mei viis ita odioſis ad impediendum pacē utantur quam ego omnibus

modis procurare & promovere conatus fui eo amplius in ſe aliorum Principum indignationem æquitatis amantium, cõmovebunt: meam vero armorumq; meorum juſtitiam palã facient & amplius manifeſtabunt. Hæc etiam quæ vobis mandavi D N N. communicabitis nec dubito quin præ oculis ponet ea quæ circa amicitiam ſuam deſiderare potero. De cœtero Deum Rogabo ut Dominationem diu nobis incolumem conſervet Datum Verſaliæ 24. Febr. 1674.

Signatum erat
Ludovicus & infra
Arnaud.

Memo-

Memoria pro D. D. Courtin & Barillon Legatis extraordinariis & Plenipotentiariis Suæ Majeſt. Chriſtianiſſimæ ad Tractatum Pacis Coloniæ.

QUamquam factum iſtud in Perſonam Principis Wilhelmi de Furſtenberg Plenipotentiarii Sereniſſimi Electoris Colonienſis in loco conferentiæ Pacis per officiales & milites Legionis Granianæ commiſſum fuerit: hujus tamen authorem S. C. Majeſt. fore Rex Chriſtianiſſimus credere minime potuit: cum nihil tam inviolabile quam in verbis ſuis fides, cenſeri debeat: unde fidem illam omnibus Europæ totius Legatis in dieta Ratisbonenſi pro aſſecuratione Neutralitatis talis civitatis datam, à S. C. Majeſt. violari poſſe ſi quis crederet, illi magnam omnino injuriam inferret. Hoc Maj. ſua conſiderans, de actione tam odioſa judicium ſuum ſuſpendere voluit, tempuſque exſpectans ut S. C. Majeſt. per juſtam pænam de facti executoribus ſumptam ſe minime eorum

rum actibus conſenſiſſe oſtendat: illudque in cauſa fuit quare Rex fidem datam pro tractatu Pacis infringere noluit: & quamquam ſufficientem cauſam revocandi ſuos neutralitas læſa dederit: noluit tamen Chriſtianiſſimus illos Colonia diſcedere, quod vero S. Majeſt. apprehendebat: nimis verum ex ſequentibus compertum eſt; dum eadem ſecuritas violata fuit non ſolum in Perſona Miniſtri Principis Confœderati ſuæ Maj. ſed in Legatis & ipſorum mobilibus arreſtatis per ejuſdem S. C. Majeſt. milites; dum in curru ipſorum, pecunias ſuæ Chriſtianiſſimæ Majeſt. ex mandato Commendantis legionis Granianæ in civitate libera & toti mundo communii detinuerunt, curſorem (qui mittebatur ad Comitem Chamilly) areſtarunt & viſitarunt; tandem Colonia quæ ſecuritati publicæ erat conſecrata, facta eſt theatrum Sanguinolentum, & in qua per juramentum ſe obſtrinxerant pro ejuſdem conſervatione, in illa pro voluntate ſua omne machinantur malum. Quamquam autem hæc ex S. C. Majeſt. mandato facta fuiſſe Sua Majeſt. credere vix potuerit: lubenſ-

que

que pro gloria ipſius citra intentionem ejus hæc facta eſſe ſibi perſuaderet: verum ex Reſponſo miniſtro Regis Sueciæ dato clarum nimis eſt non tantum Principis Wilhelmi capturam; ſed & illud contra ſuos Legatos attentatum ex S. C. Majeſt. juſſu proceſſiſſe. Itaque ſibi & Legatorum ſuorum conſulere ſecuritati volens, ſimili violentiæ illos diutius non vult expoſitos: ne toti Europæ inde ſumma indignatio oriatur: id circo ſua Majeſt. illis mandat ut totum Sueciæ Legatis (qui nomine ſui Principalis mediationis toto decurſu hujus congregationis munere functi ſint) communicent: & à ſua Majeſt. dicant ſe revocatos quantum ad ineundum pacem ſua Majeſt. contribuerit, quantamque violentiam ad illam impediendam S. C. Majeſt. impenderit, omnes teſtabuntur: unde juſtiſſimas ſua Majeſt. habebit cauſas ulciſcendi per arma ſua irrogatum deſpectum & ſibi & ſuæ intentioni quæ erat per bella ad pacem devenire: à qua ſe imperator per vias intollerabiles elongat. Si totum imperium modum agendi ſuæ S. C. Maj. attendat videbit luce clarius quod occul-

occultet rationes præjudicabiles libertati. Nihil ita injuſtitiam manifeſtat quam conatus & odioſus modus ad illam ſi S.Majeſt. Cæſarea congreſſum ad pacem impedire intendiſſet: per attentatum tale humanæ Societati contrarium & indignum hoc tentare non debuiſſet: locum congregationis non violaſſet neque perſonam legatorum Franciæ: à ſuis Officialibus in civitate libera attineri non permiſiſſet ſuæ Majeſt. pecunias. Magis honorifice egiſſet, ſi bellum quod ſuæ Majeſt. indixit, finiendum, minus apprehendiſſet; quamdiu conferentiæ durabant & mediatores partes intereſſatas unire conabantur, tamdiu ſe in periculo depoſitionis armorum per pacem Imperator videbat ſimulque perdendi occaſionem uſurpandi eâ poteſtate quâ uſus fuit anno præterito ponendo militem ſuum in hyberniis apud Principes Imperii; fortificando illum expenſis ipſorum: contraveniendo expreſſe tractatibus Pacis Weſtphaliæ & conſcribendo militem tam potentem & formidabilem ad libertatem Germanicam (per bella varia ſanguilonenta & diuturna redu-

du-

ductam) iterum tollendam, timebatque tandem quod (impoſito fine conventioni Colonienſi), ubi & bello finis impoſitus fuiſſet) quærelæ extraneæ, ipſius contra imperium intentionem impediviſſent. Sua Majeſt. non dubitat quin non ſolum Rex Sueciæ (qui huic negotio potiſſime intereſſatus eſt utpote depoſitarius & mediator) verum omnes Principes pacis amatores ob fidelitatis defectum hanc rupturam imperatori imputabunt. Toti imperio conſtare poteſt quod (ſi ejuſdem cum Rege imperator intentionis fuiſſet, nempe tractatum Weſtphalicum de non dandis auxiliis inimicis Franciæ, ad quod ſe ſua Majeſt. obligabat revocando ex Germaniâ militem ſuum, quam primum de hoc aſſecurata fuiſſet) conſervandi à longo tempore tranquillitas & firma pax in Imperio reſtituta fuiſſet. Sua Majeſt. adhuc in tali intentione perſeverat neque juſtitia (quæ ipſum impulit ad bellum) à quiete Imperii neque ab armorum ſuorum ſucceſſu (quibus Deus benedicere velit) affectum ſuum avertit ſe feliciorem non creden-

dendo quam ſi reduxerit inimicos ſuos ad Pacem. Datum Verſaliæ 27. Martii

erat Signatum

LUDOVICUS

& Paulo inferius

ARNAULD.

Digitized by Google

2.

LVSITANIA

VINDICATA:

in qua Auctoris animus et veritas elucet ~~verae~~ ~~Christiano~~.

Amstelodami:

cum superiorum permiss.

REges, Principes, Reſpublicæ, en Philippus Luſitaniâ pulſus: en reſtitutus IOANNES. Vt verò ſatis conſtet Luſitanæ domus imperium à Caſtellano occupatū vi, retentum iniuriâ, adminiſtratum tyrannide, à Luſitano amore vindicatum, iure poſſeſſum, ęquitate regen-

dum, palàm facio ius
auitum IOANNIS, il-
latam à Philippo ſe-
cundo domui Brigan-
tinę iniuriam, ſuperbā,
ac miſeram ſeruitutē,
quam tot annos per-
peſsi ſumus, ſeriem rei
geſtæ, exemplum me-
morandæ virtutis, quâ
excuſsimus iugum, ex-
piauimus ſcelus, mira-
cula teſtantia id nos,
fauente numine, pa-
trauiſſe, glorioſam fe-
li-

licitatē, quâ fruimur translatione imperij.

Tandē refero IOANNEM non modò naturæ impulſu, & fatali animorum conſpiratione à populis vbique Principem ſalutatum, ſed etiam cunctos Ordines in publicis comitijs more patrio, ſolēnibus legum in eius verba iuraſſe; ne quid boni, aut æqui in pulcherrimo faci-

nore gentis noſtræ, aut in aſſerta Luſitaniæ libertate deſiderari queat.

Igitur Principes bonam agnoſcite cauſã, quam Deus probauit, natura docuit, homines coluere; vt maieſtatem, & numen, quæ in terris dignitate refertis, moribus exprimere videamini.

EPITOME IURIS.

A CHRISTO nato ſupra ſeſquimilleſimum octogeſimus ibat annus, cũ ſupremum, nullâ ex ſe prole relictâ, diẽ clauſit Henricus vltimus Luſitaniæ Regum. Eâ tempeſtate Rex Caſtellæ Philippus ſecundus obtentu hæreditarij iuris validis co-

pijs orbam regionem inuadit; nec rapidam violentiam inhibuit lis tunc temporis pendẽs penes Regni Ordines, quibus ab omni retrò memoria & ius, & poteſtas de hac controuerſia iudicandi; cuius deciſionẽ fore expectandam, teſtante iure, proclamabat orbis.

Eodem tractu temporis Gregorius XIII. Dei munere Pontificum,

cum, atque hominum ſummus ex officij maieſtate per Riariũ Cardinalem legatum impenſiùs monuit Philippum: *Ne Luſitaniam sãguine potiùs, quàm æquitate, armis, quàm causâ obtinere mallet, neque magni Principis famam decere in re tanta, ſuper Chriſtiani orbis inuidiam, malo exemplo, nec conceſſo iure petitoris, ac iudicis ſuſcipere perſonam, idque ex vna*

ſuo-

ſuorum ſententia, quos vel ambitio gratiæ, vel offenſionis metus ageret tranſuerſos; quòd ſi arbitros, ſi Luſitanos abnueret, æquos ab ſe iudices expectaret, qui integrè, ſanctéque dirimerent controuerſiam.

Sed Riarius irritus legationis rediit, nam Rex, qui iam Luſitanas opes ſpe, ac præiudicio deuorarat, reſpõdit: *Inferius maieſtate ſua ſe in profanis arbitrũ per-*

ſer-

ferre. Ad hæc: Luſitaniæ dominatũ ſibi adeò manifeſtè debitum, vt nemo aduerſari poſſet; ſi quis autẽ aduerſaretur, certò ſciret ſe non litem moturum, ſed arma. Minus liberale reſponſum inſatiabiles Caſtellę hirudines ſuaſere, vt qui occaſionẽ captabant ex ſanguine, & miſerijs vicinorum opulẽtiam comparandi ambitiosè cẽſentes in ſumma fortuna

na id æquius, quod validius. Niſi dixeris: retinere ſua, cuiuslibet nationis: aliena rapere, antiquam eſſe Caſtellanorum laudem.

Furioſam verò, & in tanta imperij magnitudine interminatã cupidinem haud Philippo quidem arbitror imputandam, cùm ea eſſet à Catholico illo, ac modeſtiſsimo Rege penitùs aliena. Sed omiſſa

miſſa fraude, & iniqua ratione, quibus auaritia, aſſentandique libido Principem cætera egregiũ hæreditati intulit alienæ; iam ad rerum ordinẽ veniamus.

Catharina, & Philippus omnium competitorũ præcipui magni Luſitaniæ Regis Emmanuelis nepotes erant. Catharina Eduardi, Philippus Iſabellæ filius, Eduardus

B verò

verò, & Iſabella germani fratres Henrico, cuius obitu vacauerat principatus. Igitur Catharina de gentili honore iudicio contēdebat iure potior, quàm Philippus, quod, vt indubitatum poſteritati maneat, operæ pretiū ſtabilire duxi, preſſo quamquàm ſtylo, ratione, exemplis, legum authoritate. Sed iam principalis cauſæ initiū
à

à lege principe auſpicemur.

Alphonſus I. Luſitani imperij author in comitijs Lameci habitis anno milleſimo centeſimo quadrageſimo primo omnium Ordinum conſenſu decreuit; vt licèt, deficiente maſculo, deberet fæmina in ſummũ nomen aſciſci, hæc tamẽ, ſi extra regni fines nuptum abiret, nullũ ius

ſecum ad gentile ſoliũ
aſportaret; ne vnquam
hæres in aliena quære-
retur domo, neque do-
minationem expeteret
Luſitaniæ, qui (vt ipſis
vtar comitiorum ver-
bis) Portugallenſis non
eſſet, nam plurima ve-
teris Luſitaniæ pars,
quam gens noſtra è
Maurorum iugo aſſe-
ruit, recentiùs dicitur
Portugallia, eiuſq; in-
digenæ Portugallenſes
vo-

vocantur.

Præuidebat cũ callidis temporum, cum ſapientibus rerum prudens ingenio princeps hac ſeruatrice lege regnum Luſitanæ gentis ſtabile ſemper fore, abſque illa breui interiturum. Eadem profectò olim etiam impedimento fuit, quominùs Beatrix Ioanni primo Caſtellæ Principi collocata ſuccederet

parēti Ferdinãdo Lu-
ſitanorum Regi, quã
quàm hæres vnica eſ-
ſet, & filia, pronuncia-
rũtque Regni Ordine[s]
in comitijs Conim-
bricæ celebratis mẽſe
Aprili anno milleſimo
trecenteſimo octoge-
ſimo ſecũdo regnum
vacuum, & ad ſe ipſos
Regis electionem per-
tinere, elegerũtq; Ioã-
nem primum, nomen
fatale Caſtellæ, auſpi-
ca-

catiſsimum Luſitaniæ.

Hinc lege patria, & exemplo perſpicuum eſt Iſabellam ad externas nuptias Caroli quinti abeuntem ius omne paterni imperij exuiſſe, nec poſſe ab ea aliquod in Philippum filium deriuari. E contrario Catharinam ad auitum honorem iure vocationis acciri, quãdò viro Principi nupta erat intra Portugalliæ

ſiderabis.

Prætereà manifeſtũ eſt communem adimi libertatem, ſi alienis in terris ortus Principis locum impleat; quin & indigenam ipſum peregrino in ſolo adultũ poſſe meritò extimeſci infectum alimoniâ, cultu, omnibus externis.

Hinc in Europa vſurpari, vt penes Reginam viro extero collo-

locatam vis dominationis maneat, ne valeat vnquam alienigena Princeps iura ad ſe trahere principatus. Hanc conſuetudinem expertus eſt in Hiſpania Ferdinãdus, in Anglia idem Philippus, in Polonia Sigiſmundus, in Dania Chriſtiernus.

Caſtellani vi rationis deiecti contendunt Philippum ſuum noſtratem etiam Luſitanum

num fuiſſe,idque ex eo probari,quòd ſit à Luſitana matre ortus; quaſi cõſentaneum videatur, vt vnde ſanguinẽ, inde etiam trahat patriam. Sed profugium vanum eſt, ſi adiiciamus mentem ad legẽ Regni, à qua ius originis eſt petendum; lex enim manifeſtè decernit ad potiunda natiuitatis iura non ſatis eſſe hominem genitũ

à fæmina Luſitana;ſed id vlteriùs exigi, vt ſit in ipsâ Luſitaniâ natus, vtque eius pater ibidem prædia poſſediſſet, habuiſſetq; cõtinuò domicilium per decennium. Quæ omnia cùm aliter ſe habeant in Philippo, rectè ſequitur non poſſe eum vllâ originis Luſitanæ iuuari prærogatiuâ.

Tandẽ ex argumẽ-

to tali notum adeò ius Catharinę eſt, vt id agnoſcat non modò legibus eruditus, ſed literis alienus, imò & intelligēdi rudis; nam, vt ratio doctis, ita mos gentibus, & barbaris natura ipſa præſcripſit, vt ſibi quiſque ſimile flagrantiſſimè cupiat, vehementiùs quærat, præferat alieno.

Siquis verò argumenti ſit dubius, intra ſe

ſe ipſum voluat, an ſibi potiùs vellet in Regẽ fœminã gentis ſuæ Principẽ, & viro Principi nuptã, patriâ, moribus, ac sãguine pari, an marem ex alio velut orbe aduectũ, externis artibus imbutum, & qui alibi natales habeat, fortunas, & amores, quique nec in nouo principatu vnquàm vixerit, nec viuere velit, aut cogitet?

parēti Ferdinādo Luſitanorum Regi, quāquàm hæres vnica eſſet, & filia, pronunciarūtque Regni Ordines in comitijs Conimbricæ celebratis mēſe Aprili anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſecūdo regnum vacuum, & ad ſe ipſos Regis electionem pertinere, elegerūtq; Ioānem primum, nomen fatale Caſtellæ, auſpica-

catiſsimum Luſitaniæ.

Hinc lege patria, & exemplo perſpicuum eſt Iſabellam ad externas nuptias Caroli quinti abeuntem ius omne paterni imperij exuiſſe, nec poſſe ab ea aliquod in Philippum filium deriuari. E contrario Catharinam ad auitum honorem iure vocationis acciri, quãdò viro Principi nupta erat intra Portugalliæ

ſepta genito, & adulto; quique rectà, ac virili ſtirpe ab ipſis Luſitaniæ Regibus ducebat genus.

Nec eſt abſonum rationi Catharinã ad gentile faſtigium ex vi originis Philippo iri prælatum, cùm Rex propter Rempublicã ſit ab hominibus aduenitus, & Reſpublica ab Rege indigena magnũ fælicitatis cumulum

lum ſibi ſoleat, ac debeat polliceri. Hunc enim commendat natura ipſa, linguæ conſortium, conſuetudinis amor, & ſimilitudo morum, dulcia inter Principem, atque populum mutuæ vincula charitatis, vndè imperij ſtabilitas, gloria, incrementum: hæc autẽ in homine aliunde accito, & Reipublicæ ignoto plerumque deſi-

ſiderabis.

Prætereà manifeſtũ eſt communem adimi libertatem, ſi alienis in terris ortus Principis locum impleat; quin & indigenam ipſum peregrino in ſolo adultũ poſſe meritò extimeſci infectum alimoniâ, cultu, omnibus externis.

Hinc in Europa vſurpari, vt penes Reginam viro extero collo-

locatam vis dominationis maneat, ne valeat vnquam alienigena Princeps iura ad ſe trahere principatus. Hanc conſuetudinem expertus eſt in Hiſpania Ferdinãdus, in Anglia idem Philippus, in Polonia Sigiſmundus, in Dania Chriſtiernus.

Caſtellani vi rationis deiecti contendunt Philippum ſuum noſtratem etiam Luſitanum

num fuiſſe,idque ex eo probari,quòd ſit à Luſitana matre ortus;quaſi cõſentaneum videatur, vt vnde ſanguinẽ, inde etiam trahat patriam. Sed profugium vanum eſt, ſi adiiciamus mentem ad legẽ Regni, à qua ius originis eſt petendum; lex enim manifeſtè decernit ad potiunda natiuitatis iura non ſatis eſſe hominem genitũ

à

à fæmina Luſitana; ſed id vlteriùs exigi, vt ſit in ipsâ Luſitaniâ natus, vtque eius pater ibidem prædia poſſediſſet, habuiſſetq; cõtinuò domicilium per decennium. Quæ omnia cùm aliter ſe habeant in Philippo, rectè ſequitur non poſſe eum vllâ originis Luſitanæ iuuari prærogatiuâ.

Tandẽ ex argumẽ-

to tali notum adeò ius Catharinę eſt, vt id agnoſcat non modò legibus eruditus, ſed literis alienus, imò & intelligēdi rudis, nam, vt ratio doctis, ita mos gentibus, & barbaris natura ipſa præſcripſit, vt ſibi quiſque ſimile flagrantiſſimè cupiat, vehementiùs quærat, præferat alieno.

Siquis verò argumenti ſit dubius, intra
ſe

ſe ipſum voluat, an ſibi potiùs vellet in Regẽ fæminã gentis ſuæ Principẽ, & viro Principi nuptã, patriâ, moribus; ac sãguine pari, an marem ex alio velut orbe aduectũ, externis artibus imbutum, & qui alibi natales habeat, fortunas, & amores, quique nec in nouo principatu vnquàm vixerit, nec viuere velit, aut cogitet?

& quod ſibi ipſi optaret, non deneget Luſitanis, neq; abnuat ex ſenſu ciuilis iuris, gentium, & naturæ deduci; cùm omnes illud ſibi vniuerſim exoptēt, quod vnuſquiſque ſibi appetit ſingillatim. Igitur ſentire aliter, aliterq; interpretari cōmunia generi mortalium iura, erit illa quidem illudere, abſurdèq;, ac ex libidine à pu-

publica vtilitate in priuatam penitùs detorquere.

Sententiam ſuadet ratio, firmat authoritas, experiētia demonſtrat, quibus ſingulis, nedum vniuerſis, rerū fides inter homines rata, firma, ſtataque habetur. Rationē ſuprà memoraui. Authoritatem pręſtat diuina Scriptura, Pontificum leges. Experiē-

tiam mutuamur à nobis miſerabili documento, dũ enim Principibus indigenis ius, & imperium erat, regnum ab exiguis profectum initiis eò ſatietate gloriæ creuit, vt & externis gẽtibus leges daret, & magnitudine laboraret ſuâ, trepidarentque tùm barbaræ, tùm ingenuæ nationes de famâ, de gloriâ, de exiſtimatio-

ne

ne tantâ At poſtquàm Caſtellanæ domus velut hæreditas fuimus, ad id miſeriarum deuentum: vt deteriori fortunâ res eſſe non poſſe videretur.

Sed veniamus iam ad alterum argumentum, quod eliciũt humani iuris ſcientes ab illâ noſtrorum lege, ex quâ, ſi poſtremus regni poſſeſſor abſq; prole decedat, defertur

ſucceſſio cõſanguineo ex latere in potiori lineâ cõſtituto. Legem poſt Alphonſum primum, primumq; Ioãnem ſanxit Alphonſus quintus, vt mox in loco reddemus.

Hinc vidimus Henricum, Sebaſtiano defuncto, ſine lite, ſine dubio in ſolio collocatum, quippequi Sebaſtiani patruus magnus erat, & abolitâ Ioan-

nis

nis fratris primogeniti lineâ, ſuperſtites ex Eduardo fratre, & Iſabellâ ſorore, alteram ætate, alteram virili ſexu præibat.

Id quoque accepimus à maioribus, cùm Emmanuel, extincto Ioanne ſecundo, Maximilianũ Germaniæ Imperatorem à regni ſucceſſione excluſit. Vterq; Ioanni erat in pari gradu conſangui-

nitate propinquus. Maximilianus natu maior, ſed deterior lineâ, vt amitinus defuncti, Emmanuel iunior, ſed lineâ potior, vt patruelis frater, eòque voce omniũ, ac iudicio inſigni regio euinctus eſt.

Legis, morumque iuſtitia veſtigiis ciuilis iuris inſiſtit, nam ex optimo ſenſu legum, vbi ad vacuam principa-

patus ſedẽ plures coeunt ex tranſuerſo, linea, gradus, ſexus, ætas ad hunc modũ inſpicienda ſunt. Qui eſt in lineâ potiori antecellit cũctos in aliis lineis collocatos, quàmuis hi gradu propiores ſint vltimo poſſeſſori, ſimulque ſexu, & ætate præualeant. At ſi plures fuerint in eâdem lineâ conſtituti, præhabetur qui gradu pro-

propior eſt, quãtùmlibet ſexu, & ætate vincatur. Ex collocatis verò in ipsâmet lineâ, & gradu æquali, maſculus præferendus, etiamſi ætate ſit minor. Inter eos tandem, qui lineâ, gradu, & ſexu ſunt pares, iure vincit, qui ætate anteſtat.

Erant Philippus, & Catharina Henrici vltimi Luſitaniæ Regis conſanguinei ex tranſuer-

uerſo, hæc per lineam potiorem, vt fratris filia Eduardi, per deteriorem ille, vt ſorore genitus Iſabellâ. Igitur Catharina, fæmina, iunior non modò ex gẽtili lege, & patrijs moribus, ſed etiam excõmuni iure Philippum, marem, ſeniorem antecellebat cauſâ, quidquid aduerſarij per ambages in cõtrarium ambitioſè laborent.

Sed iam videre, iam memorare iuuat argumentum illud Caſtellanis ſemper inuiſum, prægraue, oneroſũ, quod iuris Principes, veritatis cultores ducunt ex Repræſentationis beneficio vetuſtiſsimis Romanorũ ignoto, antiquo iuri aduerſo, à Principe Iuſtiniano inuento, & fratrum filijs ex ſũma æquitate indulto,

per

per quod in gradum, locum, & parentum iura ſuccedunt, vt ad illam patrui inteſtatò præmortui hæreditatem vocentur, quæ parentibus ſuperſtitibus obueniret.

Iuſtiniani beneficiũ probauit à primordio regni Alphonſus I. in comitiis Lameci, de quibus ſuprà memoraui; Alphonſum verò ſecutus eſt Ioannes I.

in proprio, & ſolenni teſtamento edito mēſe Auguſto, anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto.

Tandē beneficium confirmauit Alphonſus V. Olyſippone, mēſe Martio, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, cunctorum ordinū approbāte conuentu; addito fratris filiā præcellentis à iure imperan.

rãdi, veluti indiuiduo, patruos omninò, eorumque poſteros excluſuram; ex quo nemo ſanæ mentis negabit, Catharinã ex Iuſtiniani beneficio, & patriâ lege, Philippo eiecto, vnicè Henrico patruo ſucceſſuram, erat enim fratris filia Eduardi, Philippus ſorore genitus Iſabellâ. Rurſus Philippus tantùm in matris locum,

Catharina in patris ſuccedebat iura, frater verò ſororem ex omni lege indiuiduâ hæreditate præcellit.

Haud ſum ignarus Caſtellæ patronos argumenti fulgore præſtrictos primùm de lege dubitare, mox poteſtatẽ conditoris abnuere, deinde tergiuerſari, poſtremò vera falſis confundere, & ad iuris principia prouocare,

care, turbareque. Sed rem indubitatam facit, declarauiſſe, poſt Ioannem, Alphonſum hunc ſuccedendi modum in principale decus, & vetuſtatis exẽplis, & iuris viſceribus inhærere, aduerſaſque ſententias, vt moribus contrarias, & legibus inimicas maieſtate regia improbaſſe.

Decretũ fecere Reges conſulentibus peri-

ritiſsimis morũ, ſcientiſsimis legum ſine ira, & ſtudio, quorũ cauſas procul habebant, neq; id temporis occaſio fuit, ex qua coniijcere liceat legem à ſiniſtra volũtate fluxiſſe. Alter Regũ ex aſſenſu communi, alter in nouiſsimâ horâ, quâ vera promuntur, quid poſteris tradituri, niſi rationis, legum, & cõſuetudinis normã, quæ

iuris ambigua, & factiones penitùs aboleret. Igitur Caſtellani nullâ lege, nullâ ratione, nullo colore queũt rapti imperij iniuriam excuſare. Sed nihil æquè videri debet indignum, quàm vt arrogantiſsimi mortalium Iuſtiniani beneficium, tanquàm æquitati cõueniens, Reipublicç vtile, Hiſpaniarum moribus conſentaneũ ſuâ ſibi

ſibi ciuili lege probaſſent, nec tamẽ admittant par iudicium gẽti noſtræ, cùm & publicis Luſitani imperij inſtrumentis erroris, aut ſceleris facilè conuincantur, & nos neq; rerũ neſcij, neque intelligendi rudes, aut minùs æquitatis cultores apud homines habeamur.

Tandem ſubtiles, elegantes, & bonæ cau-

ſæ pátroni Catharinæ præcellentiā iure agnationis tuentur, quo agnata in re indiuidua (quale eſt imperium) cognato ſemper præfertur, is licèt æquali ſanguinis gradu ſit illi propinquus, de cuius hæreditate contenditur.

Scio aliquos inferioris notæ authores, qui nituntur ex parte authoritatē minuere,

ex

ex parte fidem detrahere argũmento. Scio, arreptâ indè occaſione, cauſidicos ingenij audaces, in adulationẽ progreſſos turbare iura, Catharinæ cauſam deprimere, Philippi extollere, & legũ ſpecie legibus aduerſari. At conſtat magna ingenia, & quod vſquàm egregium eſt, noſtram in ſententiam ire, contrarias, velut à iure abhor-

horrẽtes, ſpernere, cõfutare; neq; facilè dixerim ingenioſè magis, an ſapienter.

Erat Philippus Hẽrici cognatus, Catharina in pari gradu agnata; ergò ex optimo ſenſu legũ, quibus Luſitana conſentit, ſequitur Catharinã in certamine ſummi decoris verè prçmium meruiſſe, etſi alienus ille palmæ gloriam, & hono-

res manu extorſerit violentâ.

Hæc pro Catharinâ attigiſſe ſat eſt, vt palàm fiat eos, qui pro Philippo ſcripſerunt, pluribus modis veritatẽ infregiſſe, primùm inſcitiâ Reipublicæ, vt alienæ, mox libidine aſſentandi, rurſus odio aduersùs Luſitanos; ita neutris fidei cura inter infenſos, & obnoxios. Id probè, & abundantiùs

tiùs noſces ex eleganti libello, quem olim edidit Academia Conimbricenſis pro Catharina, & ab illo, qui Regni nomine auctus propediè m vulgabitur, vbi cuncta, iuriſconſultorũ more, plenè, ac planè habeas explicata, eòq; nobis alia cõtemnere, alia delibare, multa omittere viſum eſt.

Ex argumentis tamen nuda ſimplicitate

prolatis facilè eſt ag-
noſcere Luſitaniæ re-
gnum per vim, & ſum-
mam iniuriam ereptũ
fuiſſe è manibus Ca-
tharinæ, cui iure opti-
mo debebatur, illãq;
ſuis liberis, ac nepo-
tibus tranſmiſiſſe ius
recuperandi gẽtile im-
periũ, qua ratione poſ-
ſent.

Nec Philippum IV.
hodie in Caſtella reg-
nantem, à reliquo iure
deſ-

deſtitutum,ad ſpeciem iuuat poſſeſſio dominatus per ſexaginta annos haud interrupta, neque ſententia lata à gubernatoribus Regni in gratiam Philippi aui, aut quòd in publicis comitijs pro Caſtellano imperio noſtrates eſſent Sacramẽto obſtricti; nam conſtat poſſeſſionem, lite pendente, ambitu, & armis fuiſſe adeptam:

hæc autem ius non inducunt,ſed tollunt; niſi dixeris cũ tyrãno propter imperium violandas leges.

Prætereà, in regnis ſola præſcriptio centenaria ; & cùm bona fide ſubſiſtit. Sententia verò ex legibus nulla eſt,cùm enim quinque fuiſſent iudices deſignati , à tribus tantummodò dicta fuit,ijſque adeò territis , ſeu corrup-

ruptis, vt extorta potiùs, quàm obtēta, debeat æſtimari.

Tandem, Sacramētum in comitijs præſtitum, irritum, & inane habendū eſt. Primùm, quia Reipublicæ, Catharinæ, eiuſque poſteris inferebatur damnū nullo vnquam tempore reparādum. Deinde ex defectu conſenſus, quē verè non præbuit Regnum, cùm non ex

animi ſentētia, ſed vrgēte aſpectu minaciũ legionum, dicis gratiâ tantùm, in Caſtellani verba iuraſſet.

Nec deinceps viſum eſt ex taciturnitate ratum habere, quod vanum fuerat ſacramentum; cùm per ea tempora ob Caſtellæ potentiam nullus eſſet publicæ pænitētiæ locus, qui ſi daretur, inſurgeret extemplò, vt

pro

pro viribus reſtiterat olim, vtque modò caput extulit occaſione oblatâ.

Catharina verò quoad vixit diſſentire manifeſta: nec conſenſit Theodoſius filius noſtri IOANNIS pater, idque ſatis expreſſit eâ, quâ valuit, arte; nam chirographo ſuo teſtatum reliquit ſibi nunquàm in mentem veniſſe cedere iure Regni;

ni; ſi quid ſecùs à ſe dictum appareret, aut factum, pro infecto, & indicto habendũ; cùm id nõ ex animo, ſed in ſpeciem, ac per metũ, qui in virum caderet conſtantem, dixiſſet, egiſſetue; ne aliter ſe gerens læderet ius ad gentile decus, ſibi, ac ſuis poſteris à Deo, à natura, ab hominibus attributum.

REGIMINIS *inſolentia.*

TYrannidem au-ctores duplicem tradidere; alteram, cũ regnum præter leges, & mores violentiâ oc-cupatur, alteram, cum reges nõ iure, & æqui-tate,ſed libidine,ac in-iuriâ populis dominã-tur. Inter vtramq; vix ſocietatem deſideres; ne-

nemo enim vnquã imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit. Igitur cõtra ius, & fas occupatum Luſitaniæ regnum, congruens ſatis crederes per ſcelera gubernandum.

Cùm primùm Philippus Quartus rerum potitus eſt, iuſsis alienis adeò ſe obnoxium fecit, vt nõ modò imperij, ſed libertatis etiam

iam indigeret, nam ex amicorum cohorte vnus ita apud eum gratiâ, & auctoritate vigebat, vt in Principe ſpeciem, in ſubdito agnoſceres poteſtatẽ. Vigintique per annos (vix fides) Rex aliàs promptæ, & quæ deceret principẽ, rationis ſeruo deuinctus eſt.

Vterque ſanè menſuram impleuit, alter, quantum princeps tribue-

buere amico poſſet, alter, quantum amicus à principe accipere. Vidimus ætate noſtrâ ſummam amici potẽtiam in aulâ conſeneſcere, quod rarò accidit, nam impletâ menſurâ, ſatias capit aut illum, cùm omnia tribuit, aut hunc, cùm iam nihil eſt, quod cupiat, reliquum.

Per idẽ tempus nõ deerant, qui Regẽ vere-

recundâ libertate monerent: *Regnum in præcipiti eſſe, vbi Rex ambitione trahitur alienâ, & vbi cuncta ad amicum, velut ad arbitrum, vocat, vim principatus reſolui; cùm ea ſit imperandi conditio, vt vni omnia pareant, nec imperij maieſtati decorũ, priuati hominis potentiã iuxta, nedum ſupra nomen principis attolli; ad hæc: hominem ſibi creditâ poteſtate abuti, ac vel periculo*

Reip. in vanitatē vſurum; miſerūque, & valdè iniurioſum, neque diu à generoſis ſubditis tolerandum, habere dominum, ſeruire conſeruo.

At neque penetrare ſermones, neque valere conſilia, & monentes arceri, faſtidiri, cōtemni, cunctaque eiuſmodi in minus accipiebantur; ſiue tamen id innato principis ingenio tribuamus, ſiue

ſecretis amici artibus imputemus, ſeu ad diuini numinis arbitrium referatur, neutiquàm peccata ſerui in Dominum regerenda; cùm, ſuper inſitam pietatẽ, præclara indoles Catholici Regis palã faciat ſe noluiſſe hominis impotentiam.

Huius nomen ſilentio duximus tranſmittendum, poſcẽte id natalium claritudine, ac

ſplendidiſsimæ familię reuerentiâ. Mores, & ingenium ex regimine modò nota reddemus, quippe alienũ à nobis ex interioris vitæ crimine quemquã hominum cũ dedecore memorare. Præcipuũ deſtinationis meæ, rarum noſtri ſæculi documẽtum poſteritati tradere, vt Chriſtianus princeps ab ijſdem cauſis pares exitus animo pręci-

cipiat, caueatque.

Si cui verò indignũ videatur, aut mirũ regiminis peccata vnius culpæ crebriùs imputari; ſemel habeat. Peccata quidem manifeſta erant; Regis innocentia palàm. Vnus omnia poterat, quem omnes Principis amicum, imperij arbitrum vocitabant, & vbiq; varijs rumoribus differebant; neque ob aliud in-

inuiſus, quàm quia cō-
poſitam Remp. floren-
tem Principis domum
turbare cæperat, & vl-
trò fælix, validumque
Imperium in diſcrimē
fortunæ dabat. Ergo
haud iniuriā facimus,
quando non odio, non
inuidiâ, ſed ore publi-
co, & ex publica cau-
ſa illas tantùm imperij
noxas, quæ coram ha-
bentur, homini aſcrip-
tum imus; ſed iam ad
re-

rerũ ordinẽ veniamus.
Ille, naſcente adhuc potentiâ, bonis conſilijs noteſcere volebat, ſimulq; ambiguus dominandi, & contentus flagrãti Principis gratiâ videbatur, atqui tacitus affectabat priùs domino, mox imperio dominari; nã vbi Principẽ variis artibus deuinxit, paulatim inſurgere, munia magiſtratuum, vim legum, om-
nem

nem denique in ſe tra-
here poteſtatē, aduer-
ſantibus paucis, cùm
pars nobilium, quia in-
uidioſum rerum ſtatū
abnuerant, cecidiſſent;
pars ſæuienti fortunæ
animos ſubmitterent;
alij tyrannidem paueſ-
cerent. Rurſus, vt quiſ-
que homini intimus, i-
ta ad Principis amici-
tiam validus. Contrà,
quibus infenſus eſſet,
metu conflictabantur,
in

in periculo agitabant. Nō tamen propinqui, nō maiorum nobilitas, neq; claritudo militiæ, aut illuſtres domi artes illius gratiâ præcellebant, ſed qui ex ſimilitudine morum parē mentem, & conſcientiam induiſſēt. Hi profectò opibus, & honoribus, ſeu potiùs raptis ex funere reip. ſpolijs, augebantur.

Illuc igitur ambitione,

ne, aut metu cuncta fluere, & homini obedire, Sed in aula Regis nihil iam priſci, & integri moris: vetus diſciplina deſerta: noua inducta: in curia defectum à virtute: ad vitia tranſcurſũ, non gradu, ſed præcipiti curſu: in Reipublicę adminiſtratione deſcitũ à cõſuetudine parentũ, apud quos omnia diſpoſita, moderata, tran-

quil-

quilla maieſtatem, reuerentiam, amoremq; Principis retinebant. Quid tandem? nec ſua magiſtratibus ſpecies, nec vocabula, & vnius culpâ ab omnibus peccabatur.

Hæc altiùs coniectantibus præcipuum iudicium erat nutantē principatum, niſi tempore caueretur, iturum penitùs in ruinam. Videlicet, vbi ſemel, &

iterum recto deerratū eſt; in præceps facillimè deuenitur. Hinc ſtudioſos Reip. intrauit pauor; ſequebatur vox publica indignatione, & queſtu: *Nō pati magnitudinem Imperij, vt vni innitatur ſubdito cuncta regendi onus; ſolam Principis mentem tantæ molis capacem: cæteros in partē curarū vocandos; nā principi ſummum rerū iudicium cælum, terraq; dedêre,*

dêre, ſubditis obſequij gloria relicta eſt: rurſus, in Republica tot illuſtribus viris refertâ non ad vnũ omnia deferenda: plures faciliùs munia ſociatis laboribus exequuturos; ſubditos præterea vnum aliquẽ magnum in amicitia Principis tolerare, dum gratia nõ exundet; vbi verò plurium partes occupet, mox irarũ, offenſionumque incitamentum; amnis inſtar aquarũ acceſsione, qui, dum ſuo con-

continetur alueo, nulli eſt iniurius; at cùm ſuper ripas effuſus vicinos campos, alienas meſſes prælicenter inuadit; ſtatim iuſto dolore, & querelis agricolarũ incuſatur. Tandem clamitabant longè alienum à munere principis, publicam vnius gratiâ incolumitatem auerſari.

At ille criminantiũ non ignarus, & ſuaptè naturâ potẽtiæ anxius excogitare, moliri, machi-

chinari, neque habe-
ret parem, neue quid
faſtigij perderet; tan-
quàm pari dolore ho-
nores alienos, ac ſuas
iniurias metiretur. Ve-
tus quidem inter ami-
cos principis æmula-
tio, vetus cupido ad
ſummam gratiam vni-
cè feſtinandi; ſed im-
manè, quantum in ta-
li ingenio hæc exarſe-
rit!

Enimuerò firmãdæ

ámicitiæ, & potentiæ nouos ſinus; diuerſas artes quærebat. Modò palàm ciuilia de ſe, de Rep. egregia, de principe magnifica loquebatur; nec deerat obſequij facies, officiorũ ſpecies, & quæque alia adulantis ingenij. Modò in occulto hæc principi ingerebat: *Legiones, prouincias, claſſes, cuncta principatus inter ſe connexa, & ad imperij deco-*

rem compoſita; opes publicas, principis vectigalia pluribus oppignerata ad præſens, quàm citiſsimè liberanda: fortunas augendas: ius apud ciues: terrorem in hoſtes: modeſtiam fœderatis: Madritum hortis, aquarum ductibus, ædium magnificentiâ, ac ſplendore ita omnium opinione celebre per exteras nationes, vt minùs olim de Roma ſua Auguſtus, è lateritiâ marmoreâ redditâ, gloriari potuiſ-

fuiſſet. Quæ licet principali fortunæ, & auſpiciis tribuenda, plura tamen ſuâ curâ, ſuiſque conſilijs geſta teſtari Reip. meliores; nec dubium ſe pro viribus illibatam imperij gloriã ſeruauiſſe. Ad hæc: corpus ſibi laborum tolerans, nihil venale in penatibus ſuis, aut auaritiæ peruium: idque vel ab æmulis non negari; fateri ſe aliqua vi tractaſſe, ſed ea admodùm pauca, & quò cæteris quies eſſet; hinc

hinc modica populis petita tributa: inde voces illas, & querelas inanes: cùm nec pax imperij ſine armis, nec arma ſine ſtipendijs, nec ſtipendia ſine tributis haberi queant.

His atq; talibus facilem Principē, & ſuadēti pronum ingenio ſè nequam in eā mentem induxit, vt vigilātiam, hominiſque induſtriā in ſermonibus, in concilijs identidem

ce-

celebraret, ac crederet non poſſe aliter ſtare, librarique immenſum imperij corpus, quàm ſi ab hoc vno arbitro regeretur; vndè percrebuit fama conſtans illum non tam ſolertiâ ſuâ, quàm irâ Dei in rem Hiſpanicam ſibi Principem deuinxiſſe.

Hinc validior indiès homo: hinc ſuperbior, & publici ſeruitij victor: ſed mox fælicitas am-

ambitionem, & arrogantiã (præcipua validiorum vitia) patefecit; nam deinceps, neque rarò, neque apud paucos, aut obſcuris, vt anteà, artibus de ſe grandia iaciebat; ſed palàm inſolenti oſtentatione.

Tandem, vetuſtatè imperij coalitâ audaciâ, libellum edidit, *Libram* inſcripſit (quàmuis mentiatur auctorẽ) ſe-

ſecũda, & aduerſa Imperij trutinantem; in quo non erubuit affirmare ope, & conſilio ſuo longè auctos, prolatoſque Reipub. fines; rurſus læta, etſi fortuita, ad ſui gloriam vertit, improſpera cum dedecore, & infamiâ Hiſpanicæ nobilitatis reiecit in clariſſimum quemque pace, belloq; florentem. Vſque adeò familiare homini

ni erat inuidiam rerũ non ad cauſam, ſed ad voluntatẽ, perſonaſque dirigere; & ſceleri aſſignare, quæ terra, quæ mare, ventiq; deliquerant; his verò commẽdatio ex iniuria, illi odium ex ſuperbia oriebatur; eò tamen inſolentiæ, ac temeritatis proceſſit, vt ambages ipſas, incognitaſq; artes, quibus ſatagebat vnicum haberi, & ſuſ-
 pi-

pici Reipub. munimẽtum, eaſmet iactantiùs in eâdem *Libra* prædicare per Imperiũ minimè dubitaret.

Plura quidem hac tempeſtate cõcuſſere ſimul Hiſpaniarũ molem, ſed nihil æquè iudicio meo accelerauit ruinam ac inſana hominis fiducia reputantis in ſe vno adeſſe cõſilium, & prouidentiã tuendi, propagandique Im-

Imperij; nam vnum illud ſummum,& æternum, neque mutabile, neque interiturũ Numen haud diu patitur quemquam hominum ſibi maiorem humanâ potentiam vendicare. Sunt qui exiſtiment,vt promptum illius ingenium, ita ſtolidum iudicium: vnde miſerè lapſus ſibi perſuaſit ſcientiâ ſuâ poſſe cuncta complecti, quam-

tus oriuntur; quia pauci prudētiâ honeſta ab deterioribus, vtilia ab noxijs diſcernunt; plures aliorum euētis frequentiùs, & faciliùs edocentur.

Præthereà legentibus hiſtoriam noſtram, & æſtimantibus regimen Caſtellanum, in mentē venient Tiberij, Neroniſue tempora, atq; mores; nam plurima illius Romanæ gentis

æuo noſtro tam ſimilibus, eiſdemq; artibus iterata; vt niſi ex ſingulorũ nominibus diſcrimẽ animaduerteris, intereſſe te priſcis illis, maliſque temporibus idẽtidem arbitreris, vt ſcias in rebus humanis ſæcula, atque homines interire, mores, cauſas, & euenta, volubilis inſtar orbis, eadẽ recurrere. Sed ad incæpta redeo

fuiſſet. Quæ licèt principali fortunæ, & auſpiciis tribuenda, plura tamen ſuâ curâ, ſuiſque conſilijs geſta teſtari Reip. meliores; nec dubium ſe pro viribus illibatam imperij gloriã ſeruauiſſe. Ad hæc: corpus ſibi laborum tolerans, nihil venale in penatibus ſuis, aut auaritiæ peruium: idque vel ab æmulis non negari; fateri ſe aliqua vi tractaſſe, ſed ea admodùm pauca, & quò cæteris quies eſſet;

hinc

hinc modica populis petita tributa: inde voces illas, & querelas inanes: cùm nec pax imperij ſine armis, nec arma ſine ſtipendijs, nec ſtipendia ſine tributis haberi queant.

His atq; talibus facilem Principē, & ſuadēti pronum ingenio, sè nequam in eā mentem induxit, vt vigilātiam, hominiſque induſtriā in ſermonibus, in concilijs identidem ce-

celebraret, ac crederet non poſſe aliter ſtare, librarique immenſum imperij corpus, quàm ſi ab hoc vno arbitro regeretur; vndè percrebuit fama conſtans illum non tam ſolertiâ ſuâ, quàm irâ Dei in rem Hiſpanicam ſibi Principem deuinxiſſe.

Hinc validior indiès homo: hinc ſuperbior; & publici ſeruitij victor: ſed mox fœlicitas am-

ambitionem, & arrogantiã (præcipua validiorum vitia) patefecit; nam deinceps, neque rarò, neque apud paucos, aut obſcuris, vt anteà, artibus de ſe grandia iaciebat, ſed palàm inſolenti oſtentatione.

Tandem, vetuſtatè imperij coalitâ audaciâ, libellum edidit, *Libram* inſcripſit (quàmuis mentiatur auctorē) ſe-

ſecũda, & aduerſa Imperij trutinantem; in quo non erubuit affirmare ope, & conſilio ſuo longè auctos, prolatoſque Reipub. fines; rurſus læta, etſi fortuita, ad ſui gloriam vertit, improſpera cum dedecore, & infamiâ Hiſpanicæ nobilitatis reiecit in clariſſimum quemque pace, belloq; florentem. Vſque adeò familiare homi-

ni erat inuidiam rerũ non ad cauſam, ſed ad voluntatẽ, perſonaſque dirigere; & ſceleri aſſignare, quæ terra, quæ mare, ventiq; deliquerant; his verò commẽdatio ex iniuria, illi odium ex ſuperbia oriebatur; eò tamen inſolentiæ, ac temeritatis proceſſit, vt ambages ipſas, incognitaſq; artes, quibus ſatagebat vnicum haberi, & ſuſ-

pici Reipub. munimẽ-
tum, eaſmet iactantiùs
in eàdem *Libra* prædi-
care per Imperiũ mi-
nimè dubitaret.

Plura quidem hac
tempeſtate cõcuſſere
ſimul Hiſpaniarũ mo-
lem, ſed nihil æquè iu-
dicio meo accelerauit
ruinam ac inſana ho-
minis fiducia reputan-
tis in ſe vno adeſſe cõ-
ſilium, & prouidentiã
tuendi, propagandique
Im-

Imperij; nam vnum illud ſummum,& æternum, neque mutabile, neque interiturũ Numen haud diu patitur quemquam hominum ſibi maiorem humanâ potentiam vendicare. Sunt qui exiſtiment,vt promptum illius ingenium, ita ſtolidum iudicium: vnde miſerè lapſus ſibi perſuaſit ſcientiâ ſuâ poſſe cuncta complecti, quam-

quàm manifeſtum ſit vnumquodq; negotiũ magnũ magnis adiutoribus indigere.

Cuncta ſcelerum ſi in medio ponam, haud ſum ignarus fabuloſũ viſum iri tantum vlli mortalium arrogãtiæ, & ſecuritatis fuiſſe in potentia, non ſuâ vi nixa; ſed nihil compoſitũ miraculi causâ. Tradã, Deo teſte, quæ vidi, vel quæ ne cauilla-

tor quidem inficiari queat; vt in omnibus, quæ dicentur à me, nō modò mihi libera, ac vera, ſed digna fide contingat hiſtoria.

Pleraque tamen eorum, quæ referã, parua forſitan, & memoratu indigna videri haud neſcius ſum. Nō tamen ſine vſu fuerit introſpicere illa primo aſpectu leuia, ex quibus magnarũ ſæpè rerũ mo-

tus oriuntur; quia pauci prudētiâ honeſta ab deterioribus, vtilia ab noxijs diſcernunt; plures aliorum euētis frequentiùs, & faciliùs edocentur.

Prætereà legentibus hiſtoriam noſtram, & æſtimantibus regimen Caſtellanũm, in mentē venient Tiberij, Neroniſue tempora, atq; mores; nam plurima illius Romanæ gentis

æuo noſtro tam ſimilibus, eiſdemq; artibus iterata; vt niſi ex ſingulorũ nominibus diſcrimẽ animaduerteris, intereſſe te priſcis illis, maliſque temporibus idẽtidem arbitreris, vt ſcias in rebus humanis ſæcula, atque homines interire, mores, cauſas, & euenta, volubilis inſtar orbis, eadẽ recurrere. Sed ad incæpta redeo

Primum facinus regiminis fuit Mantuæ occupatio; mox oppugnatio Caſalis in Monte ferrato. Obtẽtui ſumebatur ius Imperij; cauſa præcipua ex matrimonio Ducis Mantuanæ cum Carolo Duce Niuerſio Pari Franciæ: is quippè erat iure ſanguinis, & clientelę addictus Chriſtianiſſimo Regi, diuinâ prouidentiâ id tempo-

ris

ris Orbis arbitro; nec obſtitit fides, neceſsitudo, beneficium, quibus Hiſpania Galliæ tenebatur, cuncta per ambitionē inuidia vicerat.

Illatū bellū cū indignatione, & Chriſtiani orbis horrore: plura hominum millia ferro interēpta: turbata propemodū Europa: Gallia iniuriâ grauitèr cōmota: Hiſpania tributis

tis neſcijs inquieta: Italia externis armis pauida, & afflicta: Mantua oppreſſa militum inſolentiâ, & continuis prælijs deuaſtata: Belgium, euocatis fortiſſimis legionibus, quæ, velut aggeres, Batauorum inundationes bellicas retundebant, infeſtantium iracundiæ, & voluptati permiſſũ: ſacrum Imperium retracto è Germania milite

lite veterano, hoſtium arbitrio cum dedecore maieſtatis obnoxiũ: Princeps Catholicus, nihil tale meritus, fortunis, atque hæreditate auitâ ſpoliatus per libidinem, per iniuriã: denique Chriſtianiſsimus Rex coactus vim, & bellum ab hæreticis abſtinere, vt protegeret ſubditum, defenderet innocentem.

Hæc impietas, hæc Chri-

Chriſtianorum colli-ſio, hic ſanguis fuſus, queis vndique hæreſis graſſabatur, caput malorum fuit, quæ Hiſpania patitur. Id quidem non vtilitas publica, ſed vanitas vnius creditur ſuaſiſſe; nec tamen erubeſcit eam ſibi gloriam arrogare, ſe nihil agere, nihil moliri, nihil meditari, niſi ex optimo publico rei Catholicæ; perinde ac

ſi poſſet conſcientiam generis humani fallere, aut latere.

Præerat militãti Seruatoris Chriſti Eccleſiæ Vrbanus VIII. vice Deus in terris, ſanctus, integer, & optimæ recordationis Princeps. Is non æmulationi, nõ odio, aut priuatis affectionibus obnoxius ſui muneris eſſe duxit, in tãto Principũ Chriſtianorum motu neu-

trì ſe ſociare parti, vtri-
que pacem intercedē-
do optare, vt decebat
medium amicum, cō-
munem parentem, ſed
quia impiæ cauſæ au-
xiliares opes non ad-
iūxit, factus eſt impie-
tatis reus ab homine
religioni aduerſo, ſu-
perſtitioni obnoxio.

Hinc abominanda
ſcripta, & tempeſtates
illæ ab Hiſpaniâ in Pō-
tificis caput innocuum
in-

intonantes; hinc fons, & ſeminariũ in varias nocendi artes. Sed prima (fruſtrà licèt) homini cura fuit dare operam, vt Catholici Regis animus ab ipſo ſummo Pontifice videretur alienus, vt qui forſitã rebatur ſe magis validum, ſacrorũq; potentem, ſi Principẽ ſocietate ſceleris obſtrinxiſſet. Mox in Eccleſiam, eiuſque miniſ-

tros verſa arma ſacrã authoritatem, & iuriſdictionem deiectura: vt verò omittãtur quibus indoluit Eccleſiæ Caſtellana, intra Luſitaniæ fines ſe contineat dolor, & querela.

Ibatur in ſanctum Inquiſitionis officium cum mandatis, quibus iuriſdictio eius, & agẽdi libera diuino iure poteſtas nõ leuiter lædebantur: plura ad hæ-

reſis

reſis fauorem: fuitque, vt præciperentur hæc ſtatim executioni mãdari, licèt ſubeſſet cauſa, quæ ad reuocationem compelleret.

Iam verò Cathedræ Diui Petri, & e us cæleſti amplitudini ſic erat derogatum, vt ne aſcendere quidem in comparationẽ poteſtatis regiæ ſineretur. Inde, ſi pius, ſi religioſus, aut eximius quiſq;

libertati Eccleſiæ con-
ſulebat, aſperè incre-
pitus, & in æuum deſ-
pectus.

Tentabant modeſ-
tos, & integros Sacer-
dotes ſpe dignitatum
argento emũgere, nec
puduit aliquandò per
epiſtolã antiſtites pro-
uocare, vt quantò quis
profuſiùs obtuliſſet, tã-
tò impẽſiùs opibus, &
honoribus extollere-
tur. Nihil profectò vi-
de-

debatur turpe, quod eſſet quæſtuoſum. Sacerdotia, & ſacra munia in pecunioſos, ac perditoscollocata, quę ſolùm virtutibus debebantur.

Videbamus pecunias ſacrorum Ordinũ militarium depoſitas, & lege Pontificis Maximi religioſis equitibus Romanæ fidei defenſoribus addictas, licenter ab humana poteſ-

tate in profanos vſus abradi. Rurſus eiuſdem militiæ inſignia, quibus ius ineſt ſacras percipiendi decumas, quæ nos Commendas vocamus, alijs, atque alijs, ſuperſtite poſſeſſore, promitti non leui iuris iniuriâ, & experiẽtiâ teſte, inde diſcordias orituras, quaſi affectaretur, vt priuatæ ſimultates beneficia Principis ſequerentur.

tur.

Reddituũ, ac penſionum, quæ religioſi Principes deſignarunt ad pietatis ſolennia, ad maniũ ſacrificia, pars rapta, pars miſerè ſoluebatur; inde vtraque intermiſſa, & nouo rapinæ inuẽtu manes ipſi fiebant auaritiæ vectigales; inque prædam ceſſere ſacrorum Ordinũ cenſus & quę pietate, quæ votis omnis po-

populi Luſitani ætas proſperè, aut in metu ſacrauerat; quorum alia legata pia, alia vulgò nuncupātur Capellæ. Cupido duplicem obtentū habebat, quaſi ſubſidiū Regno pararetur, & ne ſpreta eſſet reuerentia legum. Huiuſmodi verò leges ante hoc tempus ſemper maiores noſtros ad hunc modū piguit exercere. Cappellæ verò

erant

erãt præmia, imò pretia delatorum, coactis religioſis viris veſtem, ac victum, vel cũ dedecore, quæritare.

Quia verò Alexander Caſtracanis, Apoſtolicus collector, antiſtes Neocaſtrẽſis, vir clariſsimus, virtutibus ſpectatus ex vi muneris tuebatur miſeros innocentes, dixeratque ſibi immotum, ac fixũ maieſtatẽ Eccleſiæ prò vi-

viribus iri defenſum; nec vllo terrore, aut vexatione cõſtantiam egregiæ vocis mutarat, à ſacro munere fuit impiè deturbatus, raptatuſque.

In ſpectaculo tali voces populi blandæ: nobiles minaci ſilẽtio viſebantur; alios miſericordia, ira alios incitabat; ſed vtrique pietate, dolore, & ſceleris execratione pares: nec quiſ-

quiſquam adeò rerum diuinarum immemor, quem non commoueret illa facies, Antiſtitem, ſenem, innoxium, Pōtificis Maximi Legatū in Regno omniū Petri clauibus obſequētiſſimo, relictâ ſuæ dignitatis ſede, coactū vi indecorâ, circumſeptum tyrannidis ſatellitibus per vrbes, per oppida, per vias exire de imperio. Nihil tale

viderat, nihil tale audierat Luſitania. Sed magnus ille Deus flagitiorum vindex, qui tangi Chriſtos ſuos ægerrimè ſemper tulit, nemini reorum pepercit, idq; ſtatim, palàm, ſeuerè.

Frequens erat viros ſacris initiatos ciuilibus negotijs, profanos ſacratioribus implicari per ſummum diuini iuris contemptum, nec

ſine

ſine iacturâ, & Reip. turbamentis; etenim mõſtroſum imperium, regimine inuerſo, ſuper irreuerentiã, & religionis dedecora, parturiebat tremores, & ciuicas tempeſtates; nõ aliter, quàm elementa, cùm, turbato naturæ ordine, ſuis egreſſa ſedibus alia alijs ſeſe immiſcent, nam flatus aera cõſcendẽs tonitrua edit, fulmina, fulgetra.

Terra, incluſo in ſe ſpiritu, contremiſcit, & moueri ſentitur ſæpè magno habitantiũ dãno.

Dabatur peſſùm antiſtitum aſſiduitas in ditionibus ſuis (quam Reſidentiam vocant) hos enim imperiosè ab ſponſis Eccleſijs auocabant clamore ouium, & querelâ, balãtes iſtæ, & Paſtorum deſiderio gemebundæ

ipſos,

ipſos, ſed incaſſùm, vocitabant, & paſtum frustrà famelicę repoſcebant.

Tandem ſacri Pontificatus ad occaſionē datâ operâ, trahebantur: quia non modò deerat religionis decorum, ſed etiã diuinum inſeruiebat humano; ex quibus intelliges facilè à rectis in vitia, maturè à vitijs in praua, feſtinantiùs à prauis in

in præcipitia deueniri; cadẽtis inſtar ex ſupero loco lapidis, qui, cùm centro vicinior, vehementiùs ruit. Hæc in ſanctiora, nec minùs profanis pernicioſa lues.

Inſanierat imperij Arbiter libidine nouãdi Orbem; nouationis præcipuum, Hiſpaniarum regna redigere in prouincias. Mox alijs legibus, alijs moribus no-

nouum fundare Imperium, & cuncta miſcere: neque in principis fide populis præſtitâ, religione firmatâ præſidium erat; imò fides ipſa impudenter affligebatur publicæ vtilitatis obtentu, tãquàm rerum ſalus in perfidiâ ſita eſſet. Inſaniam hominis reputãtibus cõſtans ſententia fuit; diuinum Numen, cùm vellet principatus mu-

tare fortunam, mentē, & iudicium inuertere gubernantis.

At ille verbis magnificus, rerum vacuus in ſermonibus, in Concilijs tenaciter contendebat: *Minimè diuidenda, quæ ſeparari nequibāt, vnum eſſe Imperij corpus, vnius animo, & vnâ lege regendum: habere aliquid ex iniquo omne magnum exemplū, ſed quod aliquâ ex parte cōtra ſingulos ſtatui-*

tuitur, publicâ vtilitate rependi; hinc maioribus placitum, vt, ſi quando ex fuſo exercitu decimus quiſque feriretur fuſte, etiã ſtrenui ſortirentur: neque pro ſalute publicâ ex præſcripto legum dumtaxat agendum: aliquando, & ipſis legibus imperandum.

His quidem naturæ inuerſor, & noui iuris repertor deliria, & impotentiæ ſenſus abdere nitebatur; ſed omnes

intelligebant hæc, vt erant magis, quàm vt dicebantur; non enim fallebat mortaliũ quẽque conſilia callida,& audacia, primâ licèt ſpecie læta, tamẽ tractatu dura, euentu triſtia fore.

Deinde fruſtrà noſtram ſolicitabat Luſitaniam, obſiſtẽte vaticinio Diui Franciſci, quo nobis quõdã pollicitum numquàm re-

dac-

dactum iri in prouinciæ formam; nec euanuit occupatione Philippi, nam in vnũ imperij corpus minimè coaluerat, vt pleraque Hiſpaniæ Regna, ſed inſtar Aragoniæ, ſuis legibus, ac moribus regebatur. Quandiu igitur is rerũ ſtatus, Philippis permiſſum imperium eſt; vbi verò inquietus homo molitur obterere vaticiniũ, ſta-

ſtatim ademptum: vt palàm ſiat hominum conſilia æternis longè minora, fruſtrà fatum cõuellere voluiſſe. Sed ad ordinem reuertamur.

Ille per omne nefas ad nouationem feſtinabat; quippe auidus conceptæ inſaniæ, cuiuſque moræ impatiẽs erat. Hinc ipſi mos officia, & Regni honores peregrinis hominibus im-

impertiri: Luſitanos modò vi, modò vmbrâ munerum in alienas prouincias ablegare: publicam pecuniã prælicenter auertere, partim ad externã illam, inuiſam, & ciuiũ ſpolijs Madriti extructam Gallinarij molem, partim ad alios vſus æquè odioſos, pariter indecentes.

Neque his contentus, vſque adeò per va-

nitatẽ abuti Regni diuitijs properabat, vt illæ ſolùm ludibrio fuiſſe homini viderentur. Crederes opum, & pecuniæ fructum non aliũ putaſſe, quàm profuſionem, ſeque ſordidum, ac deparcum, ſi ratio impenſarum ſibi conſtaret, prælautum, verèque magnificum, ſi abuteretur, ac perderet.

Ea verò diuitiarum

ſtrages inter cauſas publicæ paupertatis erat, nam inde Regnum, olim abundans, egentiſſimum reddebatur, & neceſſaria ſtruẽdis nauibus, adornandis claſſibus ſuppeditare nequibat, quibus nudata maria, & maritimæ orę hoſtium incurſibus, & iniurijs obnoxia erant; naueſque in oculis hominum, & faucibus portuum à piratis

impunè rapiebantur.

Prætextu verò reparãdę ſtragis, ita Regnum nouis exactionibus preſſabatur, vt aſperitas remedij altiùs, quàm ſceleris iniuria, animos penetraret; erat enim quouis morbo ſeuerior medicina, & quæ alibi vlcera, hîc medicamina vocabantur.

Tributa non lege, non æquitate, non ratione

tione imperata, ſed ex libidine gubernãtis; ac ita licentiùs euagata, vt paucis annis, ne dicam menſibus, plura, & acerbiora impoſita, quàm fuerant per vndeuiginti Reges. Cæterùm multiplex tributorum copia nõ ſatietatẽ, ſed incitamentum afferebat, quoniã ardens, ac improba auaritia eò maiora cupit, quò maiora venerunt,

runt; flammæ inſtar, quæ ex materiæ incremento acriùs inualeſcit. Crederes ingeniũ edax vim adhuc ſuperaſſe flammæ, ita enim in ſcrutandis hominũ fortunis, ac vndiq; cõquirendis exuerat modum, exceſſerat terminum, vt omnium opes, atque inopiam pari affectu concupiſcere videretur.

Qui ergo meditando

do extunderet nouas artes eruẽdi pecunias, aut noua prædãdi vocabula reperiret, is magis è Republicà miniſter, is fideliſſimus amabatur; idq; vnum vel ad gratiam, vel ad potentiam iter.

Hos, atque tales per ſtolidam prodigentiã beneficijs cumulabat; & opes publicæ, oppida, ac honores, vti præda, diuidebantur.

Vnde nõ abſurdè vulgari, quòd Principis amicu perdere ſciebat, donare neſciebat, & largitiones, ac præmia inuiſa pariter, atque ſcelera.

Ita vtilitatis noxiæ repertores, genus hominum publico exitio natum, & pænis quidē nunquàm ſatis coercitum, per pretia eliciebantur. Hinc pernicioſa, & inquieta ingenia, in-

infecta quaſi valetudine, & contactu, vndique ſuboriri, augeri, graſſari; nemo enim ſibi putat turpe, quod alijs fructuoſum videt; neque ibi conſiſtũt exempla, vnde cæperũt; ſed quamlibet in tenuẽ recepta tramitem latiſſimè ſibi viã faciunt euagandi; quò patet plus peccati exemplũ, quàm peccatũ ipſum Reip. nocuiſſe.

Inde

Indè crebri queſtus, nec occulti per vulgū, cui minor ſapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula ſunt. At ille criminantis populi non ignarus clamitabat nos iniuſtè queri, iniuſtè commēta lamentari; cùm ea noſtra, & à nobis didiciſſet. Diſſerebatur cōtrà, nunquàm in optima Rep. defuturos, qui fronte graui, & nulli

ſu-

ſupercilio vtilitatibus Principis cõtumaciter adeſſent, ſilere tamen, & quieſcere vbi cùm cæteris omnibus, tùm vel maximè auaris adulationibus obſtructus eſt aditus; quoniã, ſi non eſt, cui ſuadeatur, qui ſuadeant, non ſunt; quo euenit, vt plurimùm pro nobis, plùs tamen pro noſtris moribus hominẽ grauaremur.

Per

Per idē tempus Luſitaniæ præſes, vir periculis conſtans, & offēſionum pro publica vtilitate non pauidus iniquiſsimis tributis interdum nectebat moras, frequenter intercedebat. Prætereà literas ad imperij Arbitrū compoſuit, quarū ſententia in hūc modum fuit. *Super innatam fidem, muneris mei ratio ſilere vltrà non patitur de turbidis*

ru-

rumoribus, de populi rabie, ac dolore, nam inde concipitur odium, naſcitur ira, exoritur incendium, ſequitur ruina. Cauſa præcipua publicæ querelæ ex magnitudine, & acerbitate tributi: ex gratia malorum, bonorum diffidentia, & iniurijs. Expenderet Princeps vtrùm mundi ſtatus gratior oculis, pulchriorve fuerit placido, & puro die, an cùm fragoribus crebris, vndique micante igne, om-

nia quatiuntur. Cogitaret non aliam eſſe faciem quieti, moderatique imperij, quàm ſereni cæli, & nitẽtis; crudele regnum, turbidum, tenebriſque obſcurum inter pauidos, ac trementes; nec inconcuſſo omnium turbatore. Mallet igitur rectorem, & ciues, quàm dominationem, & ſeruos; cùm, præſertim in ſumma potentia, plura charitate, quàm rigore gerantur. Arceret adulantes,

qui

qui potiùs cum Principis fortunâ, quàm cum ipſo loquuntur; nec veri copiam faciunt, ſed ſuſpenſa, & quò ducantur, inclinatura reſpondent. Subditos tales crederet, qualis fama cuiuſque eſſet, quia ſinguli decipere, & decipi poſſunt, nemo omnes, omnes neminem fefellerunt. Fideret amico ſeni, & per aliena experimenta edocto, parùm proficì potentiâ, ſi iniuriæ ſequerentur; ac in ſtatu re-

rum vnum, & ſanum, & dignum Principe conſilium: tondere pecus, & non deglubere, peſſimos abijcere, & optimum quemque fideliſsimum putare, fouereq;.

Prudentiæ, & fidelitatis arbitrium erat, ſed diſplicebat ciuile, & priſcæ ſeueritatis ingenium, eiuſque libertas ſemper ingrata, patrumq; Amico Principis probabatur; neque ob aliud inuiſus, quàm

quòd exploratum erat
integrum ſudare virũ
pro æquo iure, pro
more patrio. Hac tan-
dem de cauſa per iniu-
riam è gradu deiecto,
itur ad alienos, petitur
fæmina ex orbe alio,
externis artibus imbu-
ta, & præficitur Luſi-
taniæ, vt terra noſtra
capitis, & auxilij orba
temporũ ærumnis, &
inuidiarũ procellis ob-
noxia eſſet, ferretque

ſeruitij iugum ſine ſpe, ſine ſolatio , ſine leuamento.

Mox validiſsimus ille duos (quos velut ad perdendum imperium Luſitaniç fataliter elegerat ſcrinij ſecretioris cuſtodes) conſtituit totius tyrãnidis adminiſtros, ambos inter ſe affinitate coniunctos, naturâ peruerſos , & quibus nullus ex poſteritate , & infamiâ metus;

tus; quique videbantur lætari, aut fortaſsis lætabantur, per calamitates Reipublicæ, per dedecus nobilium, per gemitus populi, & querelas, tãquam ſcelere, ac maleficio paſcerentur.

Hos ex pauperibus diuites, ex contemptis metuendos, ex ignotis celebres temporũ miſeriæ, & auaritiæ hominum fecere. Alter

Oliſsypone, alter Madriti agebat; iſte ſcelerum artifex per occultum, ille palàm acerrimus executor, eòque vim gratiæ aſſecuti, & pari in ſocietate potētiæ concordes diuersâ arte ex æquo pollebāt; ſed quò potentiā apud vnum, eò odium apud omnes adepti sūt. Vnde alijs, & ſibi tandem perniciē peperere. Vterque in omne fas, ne-
faſ-

faſque auidi, & venales non ſacro, non profano abſtinebãt; quidquid liberet, pro licito iudicabant, magnitudinemq; fortunæ peccandi licẽtiâ metiebãtur; atque adeò eos captandi diuitias extimulauerat feſtinatio, vt mox æquales, dein ſuperiores, poſtremò ſuaſmet ipſi ſpes parauerint anteire; quaſi infita auaritia non pate-

teretur eos in ea mēſura conquieſcere, quam olim neque voto, neq; cogitatione præſumerent impudenti. Id verò illos, vti etiam multos, peſſumdedit, quoniam, ſi tarda cum ſecuritate ſpernis, præmatura properas ad exitium, vt qui ad arboris culmen ſine modo, ſine iudicio venire cōtēdit, vnà cum ipſis ramis, quos apprehen-

hendit, vt plurimùm decidit. Silentio obruantur nomina vtriuſque, tanquàm memoriâ, vel execrandâ, indigni.

Hís quidẽ omniũ opinione deterrimis lõgè, latèq; in Regnum permiſſa potentia eſt; nam ſiue ad Reip. ſumma, ſiue ad media, ſeu ad infima quæque, non niſi per vtrumque aditus, neque vtriuſque

vo-

voluntas niſi ſcelere quærebatur. Nulla deinceps ex honeſto ſpes. Publica mala ſingulis in occaſionem gratiæ trahebantur; & quãtò quis turpi, triſtiq; ſeruitio promptior, opibus, & honoribus extollebatur, viſuſque locus eſt ſolùm vitijs patefactus; nam virtutes pro crimine erãt. Vnde in quo Regno ſemper fuerat certatũ virtu-

tutibus; iam certabatur flagitijs, & qui peſſimus erat, ipſe optimus habebatur.

Adnotabant prudētiores bonorum luctū permiſſæ poteſtatis incitamentum eſſe, nam ijs aſſiduè conquerentibus de licētia hominum in probos, in patriam, in virtutes; illi tamen pertinaciter foüebantur; ſtetitque potentia per quatuorde-

 cim

cim ferè annos (grande quidē mortalis æui ſpatium) Quarè non modò id temporis miſerias, & calamitates intulit Luſitaniæ, ſed damnū grauiſſimū in futurum. Etenim, exemptis è media vitâ tot annis, præcellentes, & egregij iuuenes ad ſenectutē; ſenes ad ipſos exactæ ætatis terminos venère per ſilētium; vnde qui optimi

erant,

erant, Reipublicæ mãſere expertes, tãquàm alienæ; cui malò perdifficile medicamen; cùm ea ſit conditio infirmitatis humanæ, vt tardiora ſint remedia, quàm mala, magnaq; ingenia citò extinguãtur, lentè adoleſcant.

Rerum neſcij, & ſagacis conſilij expertes mirabantur Imperij Arbitrum deterrimis vti, ignabos odiſſe, nec

tamen virtutes eminẽ-
tes ſectari, tãquàm pa-
rum ſibi conſtans ad-
uerſa committere vi-
deretur. Qui verò pru-
dentes, & temporum
callidi credebãtur, cẽ-
ſebant ea maximè cõ-
gruere, namq; ex op-
timis periculũ ſibi, ex
inertibus dedecus me-
tuebat, per peſsimos
tota ſeruitus paraba-
tur.

Intereà, adultâ iam
vtriuſ-

vtriuſque gratiâ, & potentiâ, populus animi ferox liberi doloris documentum dabat, & ægris oculis introſpiciebat poteſtatem, diuitias, luxum, eaque, vel ex ſola ſubita felicitate tanquā læſi grauabantur. Inſita mortalibus natura, modum fortunæ à nullis magis exigere, quàm quos infrà, aut in æquo videre. Iam verò pluribus

turbati iniurijs, nouis oppreſsi oneribus in procellas irarum, rabiemque prolapſi vociferari palàm, appellare tyrannidis magiſtros, cumulare probra, obteſtari cælum, & vbiq; omnia facere, quæ inuidiã, miſericordiã, metum, & iras permouerent.

Hæc altiùs animos penetrabãt, & tanquã contecta, ac tumeſcẽ-

tia Reip. vulnera ti-
mebantur, vt quæ non
modò pacis publicæ
turbamenta, ſed etiam
nouarum rerũ ſtudiũ
indicabant. Multi odio
præſentiũ, & cupidine
mutationis ſuis quoq;
periculis lætabantur.
Optimus quiſque for-
tunæ dubius Reip. cu-
râ mærebat, inter quos
vnũ Imperij Arbitro
hactenùs non inuiſum,
ſic per literas accepi-

mus collocutum.

Principis obſequium, & amicitia tui pauca tibi ſignificare me cogunt, quibus, ni remedia quamprimùm adhibeas, periclitari, nedùm turbari Remp. neceſſe eſt. Videmus ſumma Regni ambigua, minora ſine cura haberi, populos in tributa vocari, plura, grauia, impia: exactores legibus, & poteſtate abuti, priuato vſui bonum publicum poſtponere, ſummæ rei peri-

cu-

culum contemnere, & cũcta peſſumdare arrogantèr, & palàm. Hinc viri omniũ Ordinũ irritati, non ſolùm per occulta colloquia, ſed in circulis, in conuiuijs inſerunt querelas, & ſiniſtros de regimine ſermones, & quæque alia turbamenta vulgi; tanquàm perſuaſi nihil ſpei poſitum in modeſtia, neque Remp. miſeriarum temperamentum, niſi per diſcordias, habituram. Hæc palàm faciunt, quanti re-

ſe-

ferat Principem communi populorum querimoniæ, dolorique cõſulere, neque differre remedium, cùm ſatis conſtet naſcenti malo facilè occurri, adulto difficile medicinam parari. Iras autẽ, & queſtus in præſentia quieturos, ſi Princeps modum faciat vectigalibus, & duos illos ſcelerum repertores, probis infenſos, omnibus inuiſos loco moueat alieno.

Hæc monita, hæc

con-

conſilia erant; at ita hominis aures formauerat fortuna, vt aſpera, quæ vtilia; nec quidquam, niſi iucundum, & læſurum acciperet. Vt verò magna ingenia honeſtâ facie irrideret, dicebat *Populares animos ſpernẽdos, neq; murmurationes imbecillas, aut inanis famæ pertimeſcenda*. Quid ergo fideles profuturi ſermones infidis obnoxio, tena-

naciq; ingenio, niſi vt ſpecie retineret, ſperneret veritate? nec miniſtris ſibi adeò gratioſis noxæ fuere, ſeu quia odium publicum tutiores, ac velut ſacroſanctos reddebat; ſeu quæ cælo manent, nec præſignificata vitantur; ſcribenti verò laus, & periculum creuit; vnde nec citra inuidiam, nec extra gloriam erat.

Diſtributa igitur Regni munia nequiſſimorum hominum operâ, & conſilio: nihil iam meritis & virtutibus datum: cuncta pecuniæ palàm: qui munere fungebatur, auaritiæ, non officio conſulebat, diuendens cũ fænore, quæ fæneratò ſuſceperat; nec præſidium in legibus erat. Exulabat ergo iuſtitia preſſurâ pauperum, &

O cla-

naciq; ingenio, niſi vē ſpecie retineret; ſperneret veritate? nec miniſtris ſibi adeò gratioſis noxæ fuere, ſeu quia odium publicum tutiores, ac velut ſacroſanctos reddebat; ſeu quæ cælo manent, nec præſignificata vitantur; ſcribenti verò laus, & periculum creuit; vnde nec citra inuidiam, nec extra gloriam erat.

Diſ-

Diſtribu[illegible]
Regni munia [illegible]
morum homin[illegible]
perâ, & conſilio: [illegible]
iam meritis & [illegible]
bus datum: cuncta pe-
cuniæ palàm: qui mu-
nere fungeba[illegible]
ritiæ, non officio con-
ſulebat, [illegible]
fænore, quæ [illegible]
ſuſceperat; nec [illegible]
dium in leg[illegible]
Exulabat [illegible]
preſſurâ [illegible]

O

turbati iniurijs, nouis oppreſsi oneribus in procellas irarum, rabiemque prolapſi vociferari palàm, appellare tyrannidis magiſtros, cumulare probra, obteſtari cælum, & vbiq; omnia facere, quæ inuidiã, miſericordiã, metum, & iras permouerent.

Hæc altiùs animos penetrabãt, & tanquã contecta, ac tumeſcẽ-

tia Reip. vulnera timebantur, vt quæ non modò pacis publicæ turbamenta, ſed etiam nouarum rerũ ſtudiũ indicabant. Multi odio præſentiũ, & cupidine mutationis ſuis quoq; periculis lætabantur. Optimus quiſque fortunæ dubius Reip. curâ mærebat, inter quos vnũ Imperij Arbitro hactenùs non inuiſum, ſic per literas accepimus

mus collocutum.

Principis obſequium, & amicitia tui pauca tibi ſignificare me cogunt, quibus, ni remedia quamprimùm adhibeas, periclitari, nedùm turbari Remp. neceſſe eſt. Videmus ſumma Regni ambigua, minora ſine cura haberi, populos in tributa vocari, plura, grauia, impia: exactores legibus, & poteſtate abuti, priuato vſui bonum publicum poſtponere, ſumma rei peri-

cu-

culum contemnere, & cūctæ peſſumdare arroganter, & palàm. Hinc viri omniū Ordinū irritati, non ſolùm per occulta colloquia, ſed in circulis, in conuiuijs inſerunt querelas, & ſiniſtros de regimine ſermones, & quæque alia turbamenta vulgi; tanquàm perſuaſi nihil ſpei poſitum in modeſtia, neque Remp. miſeriarum temperamentum, niſi per diſcordias, habituram. Hæc palàm faciunt, quanti re-

ſe-

ferat Principem communi populorum quærimoniæ, doloriqueˉ cōſulere, neque differre remedium, cùm ſatis conſtet naſcenti malo facilè occurri, adulto difficile medicinam parari. Iras autē, & queſtus in præſentia quieturos, ſi Princeps modum faciat veſtigalibus, & duos illos ſcelerum repertores, probis infenſos, omnibus inuiſos loco moueat alieno.

Hæc monita, hæc

con-

conſilia erant; at ita hominis aures formauerat fortuna, vt aſpera, quæ vtilia; nec quidquam, niſi iucundum, & læſurum acciperet. Vt verò magna ingenia honeſtâ facie irrideret, dicebat *Populares animos ſpernẽdos, neq; murmurationes imbecillas, aut inania famæ pertimeſcenda.* Quid ergo fideles profuturi ſermones inſidis obnoxio, tena-

naciq; ingenio, niſi vt ſpecie retineret, ſperneret veritatem? nec miniſtris ſibi adeò gratioſis noxæ fuere, ſeu quia odium publicum tutiores, ac velut ſacroſanctos reddebat; ſeu quæ cælo manent, nec præſignificata vitantur; ſcribenti verò laus, & periculum creuit; vnde nec citra inuidiam, nec extra gloriam erat.

Diſ-

Diſtributa igitur Regni munia nequiſsimorum hominum operâ, & conſilio: nihil iam meritis & virtutibus datum: cuncta pecuniæ palàm: qui munere fungebatur, auaritiæ, non officio conſulebat, diuendens cũ fænore, quæ fæneratò ſuſceperat; nec præſidium in legibus erat. Exulabat ergo iuſtitia preſſurâ pauperum, &

O cla-

clamore, & iacebat capaciſſimus quiſque; niſi quòd inauditi, ac indefenſi quandoquè erãt per cuniculos re, & honore multati; quippe, inuerſo rerum ordine, prior pæna, quàm culpa, egregios expetebat. Hi profectò inter ludibria, & pericula vitam anxiam tolerabant; nam incedebat deterrimo cuique licẽtia impunè probra in bo-

bonos, ac inuidiam excitandi. Quid plura? diſcrimen ex ſilentio, ex voce, ex bona fama. Si omnia caueris, per ornamẽta ferieris. Miſeram Remp. quæ tot per annos homines paſſa eſt, qui ex magna fortuna ſolùm licẽtiam, ac libidinẽ vſurpabant!

Grande conſulentiũ peccatum; vnicum crimẽ eorum, qui crimi-

ne vacabant: ſentire aliter, quàm quod à Caſtella præſcriptum. Magiſtratus ni temporis habitum, ni mentē gubernantis induerēt, ſubitò iniurioſis verbis affecti: mox per ignominiam è loco detruſi: nam ab indecoris fiebat ad infeſta tranſgreſſio. Quia verò cūctatio, ſeruilis: ſtatim exequi, regium videbatur; peruerſis mandata·

datis inerat imperium, vt tanquàm maieſtatis rei pænas luerēt reſcribentes. Silēdi vinculū, neceſsitas exequendi. Quò igitur ſe verterēt miſeri magiſtratus diuinam, aut humanam maieſtatem offenſuri?

Hinc bonorū alius valetudinem ſimulare: alius vltro eiurare honores: multi recuſare oblatos: quidam offerendos effugere, ſatis

gnari ſub principatu inuiſo otium, & ſilentium pro ſapiẽtia eſſe; teſtabanturq; nõ modò ſe in abdita, & longinqua rura, ſed quoquò terrarum ituros, ne viderent, neue audirent iniurias Reip. & queſtus populi ex hominũ impudentiâ. At viros excellentes neq; abſentia Imperij Arbitrõ commẽdauit, neq; publica neceſsitas mune-

neribus reſtituit.

Fuit autem vir antiquus, & grauis, ciuiũq; opinione tantus, vt inter præcipua ornamẽta ſæculi numeretur. Reip. grande deſideriũ eius mãſit, manſurũq; eſt per memoriam virtutum, nunquàm enim rectè fecit, vt feciſſe videretur, nec vllius ſeruilis ſententiæ ſponte author; &, ſi neceſſitas ingrueret, ſapien-

ter moderans. Is cum gloriâ ad poſteros collato gradu aduerſùs ſemper ſtetit, tãquàm pro defenſione patriæ ſtricto gladio cupidus moriẽdi; quo ſibi cauſam periculi fecit, cæteris exemplũ præbuit libertatis. Quod ad cũ finem memorauimus, vt Orbi ſit gnarũ, nec virtutum, nec virorum ſterile ſæculum, ſed capite laboraſſe; poſſeq; ſub

ſub malo dominante magnos viros eſſe.

In Repub. verò nihil immotũ, nihil tranquillum, nihil quietum in eodẽ ſtatu relinqui, iuſſa vetari, vetita iuberi. Nouitas, decretorũq; iniquitas, & ineptiæ perdebant plura, turbabant omnia. Vnde quidquid accidebat mali, id meritò accidiſſe videbatur, & caſus in culpam tranſibat.

ibat. Cùm verò ſtoli-
da mandata triſtis ſe-
quebatur euentus, hũc
ille ex præſcripto ordi-
ne nõ ſeruato exequẽ-
tibus imputabat, cla-
mitabatque; *Violatum*
ſacræ iuſſionis numẽ, ſpre-
tam Principis maieſtatem,
& vetus id in Rep. malũ,
infenſamque adeò prauita-
tem, ni tempore cohibere-
tur, breuî erupturam in pu-
blicam perniciẽ; nec aliter,
quàm per dura, & aſpera
coer-

coercēdam; corrupti inſtar, ſimul & corruptoris, ægri, ac flagrantis animi, qui haud leuioribus remedijs reſtinguendus eſt, quàm libidinibus ardeſcit. Igitur oportere in refractar &, contumaces animos gladio vltore armari iure, & telum quæri, quod ſperni nequeat, ne quid Reſp. caperet detrimen

Mox [illegible]atur tribunal, quo entita obedientia fulciretur, & ſa-

altior pauor; exin verò auctoritas Principis imminuta, cum hæc aſſidua ſeueritate vileſcat.

Satis conſtat Imperij Arbitrum, eiuſque barbaros adminiſtros metuendos ex multis, ſed manifeſtum quoq; ad eos ex multis formidinẽ recidiſſe; quoniam conſcientia bellum æternũ, & ita anceps gerebat, vt neque

aduerſùs, neq; ab tergo, aut à lateribus tuti, ſemper in metu, & periculo agitarent. Præſtantiſſimus ſapiētiæ firmare ſolitus eſt, ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus, & ictus; nam quemadmodùm corpora verberibus, ita ſæuitiâ, libidine, malis conſultis animus dilaceratur. Seu quia natura ita conſtituit, vt, quod

quod alieno metu magnum eſt, à ſuo non vacet, an iuſſerit vindex tyrãnorũ Deus, vt vi, ac libidine dominãtibus flagitia quoq; ſua verterent in ſupplicium; nec magna poſſet eos à ſe ipſis protegere fortuna. Sed me interior tyrannidis pæna longiùs aliquãto tulit. Nũc ad incæpta redeo.

Cuicumque homi-

nis delirio nouū prætendebatur commentum; eratque in more id primùm argumentis veſtiri, mox decreto firmari; maiorumque ſapienter reperta, ac ſemper placita ex facili mutabantur, vt videretur ſuper publicis negotijs olim deteriùs prouiſum, cunctaque nouâ ratione in melius reformari. Hinc (vt aſſolet in corruptiſsima

Rep.) nouæ, ac plurimæ leges; nec in commune tantùm, ſed in ſingulos latæ paſsim: vt quoquò vellent, homines agitarent; ſequebatur inde confuſio, pernicies, ludibrium; quorũ memini, vt pateſcat Rempublicam non modò flagitijs, ſed etiam legibus laboraſſe.

Præmia bellicæ virtutis, honores togati

miniſterij petere, ius, & reſcripta Principis poſtulare ſuperuacaneum erat; niſi poſtularetur in chartis magni pretij (quod fiſco cederet) ſigillo regio obſignatis; eaſque magiſtratibus accipere vetitum; niſi inſuper munus Principi promiſiſſent; vt facilè deprehendas, Caſtellæ iã gratuita beneficia perijſſe, & iuſtitiam omnium

niũ dominam ab Inſtitore imperij, tanquàm ſeruam venalitiā, cōmutari: vndè multi ſilentiũ, & paupertatem præmio, ac beneficio præponebant.

In ſupremo Portugalliæ Concilio, quod in Caſtellâ ſedebat, ad tacita ſuffragia fuit gloriosè decurſum; tāquàm aliter lata, vi, ambitu, poſtremò pecuniâ turbarētur. Spe-

cioſa verbis, re ſubdola, & inania; nam quotocuique eadem honeſtatis cura ſecretò, quæ palàm? Multi famam, conſcientiam pauci verentur. Cauſa igitur, vt vnus omnia poſſet, ſed ex communi ſententia prodijſſe viderentur; ac ex euentu fides: quia digni raro, amici ſæpiùs præualebant, tabellaque, velut iniqua ſors, ad pa-

parum idoneos deerrabat. Quo agnitum, vt quantò animus maiore libertatis imagine tegebatur, tantò ad infenſius ſeruitium erũperet.

Nihil liberum, nihil ſanè in Rep. tutum: ac eò inſolentiæ ventum, vt non modò acerba, ſed ambigua, & inania arguerẽtur verba, quæ etiam mala ſæcula, & tulere, & reli-

liquere; haud facilè dixerim, moderatione magis, an ſapientiâ; quia ſpreta exoleſcūt, ſi iraſcaris, agnita videntur. Hinc ademptū & loquendi, audiēdiq; commerciū; nam vox torquebatur, ſi in gemitum erumpebat, & iuxtà periculoſum, ſi gemitus audiretur; igitur memoriam, vt in antiqua Roma, cum voce perdidiſſemus, ſi

tam

tam in noſtra poteſtate eſſet obliuiſci, quàm tacere.

Rē audies ſuprà fidem. Imperatum pœnâ maieſtatis, vt diceres, atque crederes iturum Principem in Cathalonicum bellū, irridentibus cunctis, quòd expeditio non modò ſimulata, ac ſtolida, ſed incredibilis tunc temporis videbatur. Quaſi affectaretur,

vt

vt ſicutî Chriſtiani in obſequium fidei captiuum conſecrant intellectum, mortales pariter in iubentis reuerẽtiam credendis delirijs deuouerent.

Hîc quorundam ſocordiam liceat irridere, qui ſibi perſuadent in humanis poſſe alijs neceſsitatem imponi, aut credendi, quod nolint, aut non credendi, quod velint; opinantes poſſe

poſſe vllâ potentiâ extingui populi vocem, hominum conſcientiã.

Exarſit tandem in Tranſtagana Prouincia, ſuper magnitudinẽ tributi, exactionis iniuria. Hinc plebis ira, & queſtus, ſed poſtquàm non ſubueniebat, remedium ex tumultu. Id Imperij Arbiter in ſui diminutionem accipiens cogitabat non iam per interualla, ac

ſpiraměta temporum, ſed continuò, & velut vno ictu Remp. exhaurire, neq; crimina, aut innoxios diſcernere, ſed cuncta pari inuoluere violentiâ, tãquàm non hominis, ſed incẽdij, ac ruinæ potentiâ graſſaretur.

Cæterùm magnitudo rei moram cupitis afferebat, & quia vi Regnum ſimul corripere difficilè, ac intutum:

tum, placuit occultior via, & à nobilioribus incipere, in quos maiori odio ferebatur, perſuaſum habens nō deliquiſſe abſque duce plebem, nec quidquā auſurā Principibus amotis. Dederant nobiles in ſeditione vulgi celebre modeſtiæ documentum, at in ſuſpicaci animo non ſine atroci iniuria integritas fraudi, fides ſuſpicioni

ceſſit; nam deinceps ſeditioſum vulgus oneribus immune, innoxia nobilitas tributis indiès magis, ac magis opprimebatur; id erat multiplicis patientiæ præmium, id cõtumeliæ, ac doloris vnicum leuamentum.

Ita gentis claritudo quondam per merita virtutis, per conſtantiam fidei in oculis Regum, & fauore adulta,

quæ

quęque experiendo viderat quid optimū in libertate eſſet, experta nunc eſt quid peſsimū in ſeruitute, quoniā ex dignitate ſemper libera ſtipendio, eò contemptus deuenit, vt nō iam ad communē modum ſociale conferret tributum, ſed vltrà ſine ſocio, ſine exēplo, ipſo multata ſanguine, quo comparatæ fortunæ, quas pendere co-

gebatur, ſimul adacta, quod indigniſsimũ eſt, onera ordinis ſuſtinere, & iure cadere dignitatis; vndè etiam, qui queri non poterant, tamen indignabantur.

Mox Antiſtites, proceres, & qui Magiſtratibus præerant, Madritum raptabantur, neq; valetudo proderat, aut ſenectus. Prætextui ſumebatur, vt Regnum Principe coram conſilijs

lijs adiuuarent, ſed in argumẽtò tali plus dignitatis, quàm fidei erat. Populus ſemper auidus interpretãdi cõſcientiam dominantis, ideò hæc fieri diſſerebat, vt promptiùs Arbiter Imperij poſſet per vim, aut aſtu in conſenſũ adducere viros magnos, ratus inſolentiæ dedecus amoliri, ſi eos conſilij ſocietate fædaſſet. Iudi-

cium aliquibus nõ diſplicuit.

At quibus altior intellectus, introſpiciebãt velle hominẽ, vt omnes ſumptibus exhauſti, acerbitatibus differti vitã alieno in ſolo finirent, atque interim tãquàm obſides à patria exularẽt, quò Luſitania, vt magiſtro ſpoliata nauis, cunctis iniurijs pateret opportunior; idque omnibus ma-

manifeſtum eſt, poſtquàm militiæ claritudo, Regni nobilitas ſine diſcrimine inter ſenem & iuuenem, maritum & cælibem, ditem & pauperem ad Cathalonicum bellũ, imò ad interitum vocabantur; addito, ni properarent in Caſtellam, maieſtatis poſtularentur.

Conatus impios, ſubdola propoſita moratur

tur interdùm, rumpit aliquando Deus Nunc verò adeò in contrariũ vertit, vt praua illa, ac verſuti animi conſilia, quæ homo in perniciẽ quæſierat Luſitaniæ, eadẽmet Caſtellæ ſuæ ceſſerint in ruinam; quippè, cùm viderint Luſitani ſe per tot annorum ſpatium miſerâ pace grauiùs, & atrociùs, quàm bello ſæuiſsimo conflictari: vide-

derint poſtremò ini-
quâ expeditione opti-
mo cuique interitum
quæri, maluere patrijs
in terris pro patria ho-
neſtę mortis vſũ, quàm
in alienis pro alieno de-
lirio inglorium exitiũ.
Hæc propior extremæ
patientiæ, & recentis
iræ occaſio: cauſa verò
iuſtior adhuc, & aliun-
de petita: vt mox in
loco reddemus.

Torpebat interim
Lu-

Luſitana virtus læuâ dominatione oppreſſa, ac velut in ſuo dolore lenta, tolerabat mores, temporumq; iniurias, quemadmodùm ſterilitatẽ, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, tolerare ſolemus: tanquàm hæc, vt illa, inciderent, non venirent; indignatio tamẽ, & dolor omnibus, vis ad reſiſtendũ nulli aderat, neque erat, qui ef-

efferret, quæ omnes animo agitabant. Fuere qui torporē coniectarent ex eo, quòd procerum alij in altitudine ſua nil, niſi alti, erant, vt cupreſſi, quæ cætera ſteriles præter ſpeciem nihil habent; alij numero pauci, viribus diffiſi opus arduum, valdèque difficile iudicabant; populus ſine duce trepidus periculum non aude-

bat. Sed melior interpretatio eſt; viros ſpiritus ingentis à vi ſumma, velut in carcere, detineri, dùm non appropinquabat tempus vindicãdæ libertati fatali lege præſcriptum.

Siquis verò colentiũ fabuloſos Deos calamitates gẽtis noſtræ vidiſſet, nunquàm magis iuſtis iudicijs approbaret illud impiũ Taciti dictum, non eſſe

curæ diuinæ prouidentię ſecuritatē noſtram, eſſe vltionē. At Regnū nulli religione ſecundū in queſtus, lachrymas, ac vota effuſū id ſolùm extremis Reip. temporibus ſibi credebat perfugium, præſidiumque ſalutis, ad vnum regnatorem omniū Deum manus tendere, prece cogere, vt *deſcenderet, videret.* Satis conſtat preces irritas

non fuiſſe, adhibuiſſeq; ipſum Deum malis vltimis vltima remedia. Niſi quòd ſanitatis beneficium infirmitatis noxam longiſsimè ſuperauit.

Is rerum Luſitanarum ſtatus: hæc miſeria gẽtis noſtræ; quam ne deflere quidẽ quiſquam potuit ſatis dignè, adeò nemo exprimere verbis poteſt.

Reſpublica verò impiè

piè, & pluſquàm nefa-
riè conflictata externæ
dominationis miſera
ſeruitute meritò ad au-
xilium veri Principis,
ad fidem confugit aſ-
ſertoris, coràmque in-
iurias refert, iura oſtẽ-
dit, obligationem me-
morat, quibus Ioãnes,
nec ſine miſeratione
commotus, turpe im-
perat alieni imperij iu-
gum excutere, & glo-
rioſam libertatẽ am-

plecti. Hinc animorũ, rerumque mutationis vera, & præcipua cauſa; nam Luſitania, & hoc in æuum gentibus innoteſcat, non expulit ditione ſuâ legitimũ Principem ob tyrannidem, ſed poſſeſſorem iniuſtum, quique diu Regnum, tanquàm alienum, vaſtari permiſerat; ſceptrumque reſtituit IOANNI Domino verè ſuo, ſic fla-

gi-

gitantibus iuſtitiâ, voce publicâ, vtilitate communi.

(?)

SERIES REI *Geſtæ.*

OPVS aggredior plenum maieſtate, euentibus inauditum, fælicitate mirandum. Poſcebat id grãdia verba, parem eloquentiam, iuſtum volumen. Non tamen pigebit concisâ licèt, inconditâ, ac rudi voce cõpoſuiſſe teſtimoniũ pul-

pulcherrimi facinoris à gente noſtra patrati, vt vel qualibet in tabella tantæ rei memoria maneat poſteritati ſuperſtes; etſi verear, ne ſplendor argumenti culpâ ingenij deteratur, magna tenuiter molientis.

Struebat iam fortuna initia, cauſaſq; Imperio Luſitano; impulit ergo fortiſſimos, ac egregios è nobilitate

viros in commune cõgreſſos agitare inter ſe mala ſeruitutis, conferre iniurias, & interpretando accẽdere. Haud tamen facilè memorauerim, quis primus author, cuius inſtinctu concitum ſit, quod vno ſpiritu, eâdem virtute, pari gloriâ tam multi ſumpſerunt. Sibi quiſque dux, & inſtigator.

Libertatem omnes animo

animo cogitabãt, omnes flagrantiſsimè cupiebãt. Tres verò graui ſenſu, magnifico ſtylo potiſsimùm ſuaſere. Vnus ita cæpit. *Quoties huius conſilij cauſas, & neceſsitatẽ noſtram intueor, magnus mihi animus eſt, hodiernum diem, veſtrũq; conſenſum initium libertatis totius Luſitaniæ fore. Virtute celebres, & magni ſpiritus viri, vos acrius ſeruitium, & inſtantia pro-*

ſpec-

ſpectatis. Videtis ſuperbũ Caſtellanũ eò procedere inſolentiæ, vt indignationem, & veſtram iam mereatur iram; ſed neque crimini par ſupplicium, neque aliud Reip. quàm ex rerum mutatione remedium. Habemus Principem inter nos dignum Imperij gloriâ, manu validũ, virtutibus ſpectatum, ætate, & prudentiâ tantæ moli parem, quo publicè aſcito, non ideò fidei obliti, neque à regna-

trice

trice Luſitanorũ domo deficimus ad extraneos, ſed potiùs vnum, qui ſupereſt è familia ſummum ad faſtigium natâ, hæredem Catharinæ, nepotem Emmanuelis quærimus aduerſus alienigenã dominationẽ nobilitati, plebique iuxtà intolerandam, cui Regnum præreptum iniuriâ, cui mirus apud populum fauor, cuique facilis, atque prona, Caſtellâ bello, & diſsidijs fluctuante, gentilis decoris

reſtitutio. Teneamus occaſionem; pandamus ſinum, & venienti fortunæ occurramus; ſequamur properè, quæ iuuat inchoare, & pro charitate patriæ, patientiæ gloriam commutemus.

Alter à laude, gloriâque gẽtis orſus, quãtùm eloquentiâ valuit, ludibria, contumelias, tributa, & cætera ſeruitij mala enumerat, deinde loquitur in hũc modum. *Pudet me, & mi-*

miſera pax quouis bello benè mutatur, ſatiuſque, ſi pereundum eſt, meritò perire, & ipsâ morte immortalitatem quærere; neque criminis arguendi, qui malint æternâ cum gloria mori, quàm negligentiùs triſti viuere in ſeruitio. Fatum omnibus ex natura æquale, ſed videmus apud poſteritatem laude, vel obliuione diſtingui.

Tertius, qui ætate cæteros anteibat, viſu, au-

plecti. Hinc animorũ, rerumque mutationis vera, & præcipua cauſa; nam Luſitania, & hoc in æuum gentibus innoteſcat, non expulit ditione ſuâ legitimũ Principem ob tyrannidem, ſed poſſeſſorem iniuſtum, quique diu Regnum, tanquàm alienum, vaſtari permiſerat; ſceptrumque reſtituit IOANNI Domino verè ſuo, ſic flagi-

gitantibus iuſtitiâ, vo-
ce publicâ, vtili-
tate com-
muni.
(?)

SERIES REI *Geſtæ.*

OPVS aggredior plenum maieſtate, euentibus inauditum, fælicitate mirandum. Poſcebat id grãdia verba, parem eloquentiam, iuſtum volumen. Non tamen pigebit concisâ licèt, inconditâ, ac rudi voce cõpoſuiſſe teſtimoniũ pul-

pulcherrimi facinoris à gente noſtra patrati, vt vel qualibet in tabella tantæ rei memoria maneat poſteritati ſuperſtes; etſi verear, ne ſplendor argumenti culpâ ingenij deteratur, magna tenuiter molientis.

Struebat iam fortuna initia, cauſaſq; Imperio Luſitano; impulit ergo fortiſſimos, ac egregios è nobilitate

viros in commune cõgreſſos agitare inter ſe mala ſeruitutis, conferre iniurias, & interpretando accẽdere. Haud tamen facilè memorauerim, quis primus author, cuius inſtinctu concitum ſit, quod vno ſpiritu, eâdem virtute, pari gloriâ tam multi ſumpſerunt. Sibi quiſque dux, & inſtigator.

Libertatem omnes

animo

animo cogitabāt, omnes flagrantiſsimè cupiebāt. Tres verò graui ſenſu, magnifico ſtylo potiſsimùm ſuaſere. Vnus ita cæpit. *Quoties huius conſilij cauſas, & neceſsitate noſtram intueor, magnus mihi animus eſt, hodiernum diem, veſtrūq; conſenſum initium libertatis totius Luſitaniæ fore. Virtute celebres, & magni ſpiritus viri, vos acrius ſeruitium, & inſtantia proſpec-*

ſpectatis. Videtis ſuperbũ Caſtellanũ eò procedere inſolentiæ, vt indignationem, & veſtram iam mereatur iram; ſed neque crimini par ſupplicium, neque aliud Reip. quàm ex rerum mutatione remedium. Habemus Principem inter nos dignum Imperij gloriâ, manu validũ, virtutibus ſpectatum, ætate, & prudentiâ tantæ moli parem, quo publicè aſcito, non ideò fidei obliti, neque à regna-

trice

trice Luſitanorũ domo deficimus ad extraneos, ſed potiùs vnum, qui ſupereſt è familia ſummum ad faſtigium natâ, hæredem Catharinæ, nepotem Emmanuelis quærimus aduerſus alienigenæ dominationẽ nobilitati, plebique iuxtà intolerandam, cui Regnum præreptum iniuriâ, cui mirus apud populum fauor, cuique facilis, atque prona, Caſtellâ bello, & diſsidijs fluctuante, gentilis decoris

miſera pax quouis bello benè mutatur, ſatiuſque, ſi pereundum eſt, meritò perire, & ipsâ morte immortalitatem quærere; neque criminis arguendi, qui malint æternâ cum gloria mori, quàm negligentiùs triſti viuere in ſeruitio. Fatum omnibus ex natura æquale, ſed videmus apud poſteritatem laude, vel obliuione diſtingui.

Tertius, qui ætate cæteros anteibat, viſu,

audituque iuxtà venerabilis, huiuſcemodi orationem habuit. *Omnes, qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an, quod inchoatur, Reip. vtile, ipſis glorioſum, promptum effectu? Primum omnium ſatis conſtat Imperij Arbitrum in nobiles concepiſſe ſcelus, ſed quia timet vniuerſos, in ſingulos machinatur: vt ſocietate tutos, diuiſione perdat. Adeò manifeſtū eſt neque*

pe-

miſeret, quòd olim in Africa, Aſia, & America tot gentium domitores, nũc à Caſtellano habeantur ſubiecti, vt ſui, viles, tanquàm alieni. Viri magni diu iam ignauo ſopore, & ſuperſtitioſâ fide peccatum: datum ſatis Caſtellanæ ſuperbiæ, pluſquàm ſatis patientiæ Luſitanæ: nihil proficitur eâ, niſi vt grauiora ex facili tolerantibus imperentur. Vile admodùm nationi magnæ, ac in Imperio

ſalus, quàm quibus gloria charisſima eſt : & qui modò atrociora minatur, ſupplicibuſque, ac inermibus iuſta negat, omnia oblaturus vltrò tenentibus arma. Arma igitur capienda: nec cunctatione opus, vbi magis, quàm temeritas, pertimeſcenda quies. Porrò in huiuſmodi conſilijs periculoſius eſt depræhendi, quàm audere. Nos iam inſequitur rei ſuſpicio, ſpes veniæ ſublata eſt, ac eò ventum,

vt bellum ex neceſsitate, ſpes in virtute, ſalus ex victoria. Dignum ergo conſtantiâ Luſitanâ conſilium capiamus. Vltimus ſeruituti, & vinculis, primus libertati, & gloriæ conſtituatur dies, quem deuoueat Caſtellani, quem exteri admirentur, & à quo in omni memoriâ fama gentis, & nomen augeſcat. ſed aggreſſuri rem tantã maiores, & poſteros cogitemus.

His, atque talibus in-

perire nos, neque ſaluos eſſe, niſi vnà, poſſe. Libertatem illam Reip. ſalutarem, aſſertoribus glorioſam, modò arbitror neceſſariam, nec difficilem factu credo. Batatu olim, Cathalonij recèns nobis documento ſint, qui neq; præſtantiores virtute, neque opibus, & fortunâ æquales iugum exuere potuere. Sed quid externa? A maioribus mutuemur exempla, qui ſæpiùs à Caſtellanis pulchras, & ſpec-

inuicem inſtincti, qui iam erant acerbitate, ac ſuperbi ſeruitij duratione perculſi, quiq; ægriùs præſentem ſæuitiam, melioris olim fortunæ recordatione, ferebant; iurauere dexteras mutuò contingētes, opem rebus feſſis laturos, amiſſuroſque ſpiritum, antequàm fidem, & libertatem Sacramēto firmatam; ac demum raro, & è ve-

[redacted]

tere memoriâ facino-
re ſuſcepere Imperiũ
Luſitanum transferē-
dum, & tranſtulerunt.

De his verè dici po-
teſt, auſos, quæ nemo
auderet, perfeciſſe, quę
vix à fortiſsimis perfici
poſſent, & fuiſſe in cō-
ſultando temerarios, in
exequendo viros. Eorũ
patritia indoles, & ger-
mana virtus ſcribentis
manum, quãlibèt feſ-
tinantem, in ſe morari
co-

cogebant, conſultò tamen ea ſilenda duxi, cùm ne in operis quidem iuſti materiâ, nedum huius tam reciſi, dignè exprimi poſſint.

Fouebant partes, & clari facinoris conſciẽtiã viri virtutibus eximij, ſapientiâ ſpectati. Nihil omiſſũ, quò ambiguos illicerent, prõpti firmarentur. Aſſerebant inſtare tẽpus, quo ex oraculo, & commu-

nibus auſpicijs crede-
batur Luſitaniam rur-
ſus Principis indigenæ
vſu, ac moribus frui-
turam. Oſtendebant
IOANNEM Magnũ
Brigantiæ Ducem le-
gitimum, ac iuſtũ eſſe
Luſitaniæ Regẽ, Phi-
lippum alienũ, & ma-
læ fidei poſſeſſorẽ, ſub-
eoque Remp. nutare,
pietatem offendi. Me-
morabãt liberos natu-
râ cuiq; cariſſimos, ac

propinquos per delectus aliò ſeruituros auferri: bona, & fortunas in tributum, ac ciuium cum iniuria agi: cũctà tyrannide cõflagrare. Prædicabant nõ aliam procellæ temporũ impotenti, niſi vnam in armis ſalutem; arma verò innoxiè, ſanctè, ac multâ cum gloria capi; quando ſumma ratio eſt, quæ pro fide, pro patria, pro religio-

ne facit. Tandem monebant oportere laborem in negotio, fortitudinẽ in periculo, induſtriã in agendo, celeritatem in conficiendo, vt proſperâ cum fortuna ſpes, & ſalus publica impleretur.

Hinc gliſcere, & latiùs manare indiès cõſpiratio generoſa, in quam certatim nomina dabant altioris animi viri; nec ex cupiditate

tate vnus; omnes amor patriæ ſociabat.

At poſtquàm coniuratorũ præcipui, tẽtatis, quos idoneos rebantur, ſatis nobilium in partes deſcẽdiſſe vident; mox vnà & mente, & voce conſentiũt, vt ante omnia Principatus offeratur Ioanni Magno Brigantiæ Duci, quem futurum Regem fortuna in occulto tenebat. Is patriæ

columen,ſpes,& morā fatorũ Villauicoſæ agebat priuatum,ſi maieſtas illa priuata vnquàm fuit: nā qui cultus, & officij gratiâ eò conuenerant, faſsi ſunt otium Magni Ducis magnificentius Imperio ſuo. Igitur coràm cùm Legatus veniſſet, verba eius in hũc modum fuere.

Soli omnium contigit tibi, altiſsime Princeps, vt

pater

pater patriæ eſſes, anteàquàm fieres: eras enim in animis, in iudicijs noſtris. Dignum igitur, quem agnoſcimus patrem, credamus vindicem, optemus Regē. Tuum eſt Imperium; tua tibi, non aliena damus. Olim tu, non modò iure ſanguinis, ſed maieſtate perſonæ Rex eligi merebaris; ſed expectatum eſt tempus, quo liqueret non tam accepiſſe te beneficium, quàm dediſſe. Confugit in ſinum

tuum Eccleſia dolens, concuſſa Reſpublica, Principatus ruens. Suſcipe, patrocinare, quando ita natus es, vt bona, malaque noſtra ad te pertineant; eòque illuſtre facinus, atque tanti nominis famã cum laude, & optimis recordationibus homines proſequẽtur; eritq; IOANNES IV. pius, fauſtus, felix poſteritati narratus, in æternitate manſurus.

Mox in ſecreto pe-

cuniã, & arma offert, fidem, ac pericula pollicetur. Princeps tamẽ recuſabat imperare, recuſabat, quod bene erat imperaturo, ne quidquam deeſſet, vt dignus imperio crederetur. Satis cõſtat diutiùs recuſaſſe principatum, quàm vt occuparent eum, alij armis certauerant; ſed cogitur periculo patrię, nutatione Reipublicæ, ac demum

demum ratione magis, quàm honore victus, cùm quidquid nõ ſuſcepiſſet, periturum videret, ita fermè reſpondit.

Mihi vetus, ac penitus infixum non ſuſcipere Imperium, niſi ſeruandũ fuiſſet. Suſcipio, quando veſtra intereſt; malo etenim veſtris nũc calamitatibus prouidere, quàm imperaſſe fortunis, quoniam à pueritia, non mihi, ſed vobis me na-

natũ arbitratus ſum. Vos mihi redditis Regnum, ego me vobis, haud labori parcam, ſocius veſter ero, erit eadem vtriſque fortuna.

Magno ea gaudio, & mox precationibus fauſtis audita, gloriaq; Principis impleuit animos ſubditorũ. Miretur orbis nouum, & inauditum ad dominatũ iter. Non proprius amor, nõ proprius metus, ſed aliena vtilitas, alie-

derelictum terruit locus tacens. Cuncta vtrinque perluſtrat, tentat clauſa, curſat huc, illuc, ſurſum, deorſum, ſed cùm omnia metuenti prçſentia maximè diſplicerent, feſſus miſero errore latebrâ ſe occultat.

Interim ardentes in eius cædē, foribus refractis, intus ruere, ſcrutari cuncta, nihil vſquàm ſecretum, aut

clauſum ſinere, donec protractus, & trucidatus eſt. De interfectore non ſatis liquet, ſeu quòd vnà plures hominē percuſſiſſent, ſeu vt par gloria caperet vniuerſos, nam rectius, & pulchrius eſt ciuem inſolentem, Reip. inimicum ex communibus iniurijs odiſſe, & ob publicam ſalutem in eius necem durare. Conſtat ne verbū quidem

dem dixiſſe,ſed ambigitur, conſumpſeritne vocem inſtans metus, an conſcientia ſui? Cadauer præcipitatur in publicum per feneſtrã, ad ludibrium infamis ſuperbiæ, fælicitatis indignæ; & quæ ſecuta ſpolia, in vulgus cedebant vt ſua ſpoliatæ Reipublicæ redderentur.

Fædum erat ſpectaculum corpus nudum,

deforme vulneribus, vexatũ ludibrijs, & licentiâ vulgi; ſed increpantibus multis, nullus illacrimabat, cùm feritas iacentis, & flagitiorũ deformitas miſericordiã abſtuliſſet. Terra diu neglexit corpus: Mare abhorruit à cõtactu: Aer fædari metuit: Ignis ſpreuit comitari funus; quo docemur talium conſortium non modò ho-

minibus, ſed elementis inuiſum.

Hunc exitũ habuit peſſimus ille, malorum Lerna, & ſuæ fortunæ faber, qui nec flagitijs, nec ſceleribus velamẽta quærebat; ſed liberè ſuo tantùm ingenio vtebatur; quique turpitudine vitæ, ac inſolentiâ morum cogebat Deum, vt acceleraret tot facinorum vltionẽ. Lento gradu ad vin-

dictam ſui diuina proceditira, ſed tarditatẽ ſupplicij grauitate cõpẽſat. Cædes, quò laudabilior, eò velociùs audita: inde præſentiũ fiducia, & in futurum ſpes: mox repetitæ voces: *Viuat IOANNES Rex quartus.*

Ignara interim Margarita Mantuæ Dux, Luſitaniæ Præſes, intẽta negotijs, clauum alieni iam Imperij fatiga-

gabat. Cùm affertur rumor occiſum hominem ſcrinij ſecretioris cuſtodem, nouum in vrbe Principem declarari. Auditur dein turbidus accurrentiũ, vocantiũq; clamor. Mox attonitæ in aula ſubito terrore mentes, confuſæ voces: quas ſecuta eſt trepidatio multa. Tandem velut in perditis rebus omnes conſulere, omnes præcipe-

re, nemo exequi. Margarita verò, audito clamore, visâ cæde, intellectâ causâ, pergit propera, & mirâ virtute clientes, amicos, Caſtellanoſq; miniſtros in conciliũ vocat, &, quid pro muneris ratione, pro Imperij maieſtate agendum, interrogat.

Alijs videbatur, vt ipſa populũ prius monitum de Principis obſequio, & iniuriâ, de inna-

innata fide, & Reip. bono, aduerſùs malos ciues, ac ſeditioſos homines auxilio vocaret; alijs, vt adhuc fortioribus remedijs ageretur; ire ſcilicet in arcem, militem incitare, vrbem tormentis quatere, & deijcere: nihil in ſeditioſis modicum: terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impunè contemni; paucis, vt poſitâ vi, & manu, arte,

te, & patientiâ vteretur: daret malorũ penitentiæ, daret bonorum cõſenſui ſpatium, eòque rem faciliùs reſtitueret, nam ſcelera impetu, bona conſilia morâ valeſcere; pluribus tantùm aliorum ſententijs cõtradicere, & accidit, quod in cõſilijs infælicibus, optima videri, quorũ tempus effugerat.

Sententiarum varietas

tas hæſitationem attulit. Multi, exutâ conſtãtiâ, modò hûc, modò illûc, vt ſolent pauida in periculis ingenia, inclinabant, quo agendi tempora cunctatione inutili terebãtur. At poſtquàm crebri, & trepidi nuntij retulere cũcta iã præſidia intercluſa, maturari ſummæ rei diſcrimen; omnium ferè animos vltimus cæpit pauor.

pauor. Margarita tamen ſui adhûc, & muneris nõ oblita diſcordantes expendere, quæ nouè afferebantur, ac rurſus promere ſententias iubet, monetque longè alienum à virtute, & dignitate Caſtellanæ gentis, neque decorum quibuſcumque viris, vt ab omnibus daretur conſilium, periculum nemo ſumeret.

Tunc

commutauit.

Dominatione acceptâ, cætera, quæ ratio, & tempus monebant, ſuo ordine diſponuntur. Senes dirigere præſentia, prouidere futuris, præterita recordari, omniſq; exẽpli documenta in illuſtri poſita intueri, vt inde vtilia caperent, ambigua omitterent, noxia relegarent. Iuuenes iuſſa exequi, & ad

omnia, quæ agēda forēt, quietâ cum induſtria aderāt. Vnde multa, quæ naturâ impedita erant, conſilio, & manu expedita ſunt.

Interim magnitudo rei neque metum, neq; prolationes, aut diuerſâ conſilia afferebat; quinimò coniurati impenſiùs in ſecuritatem compoſiti, neque habitu, neque vultu mutato, ſed ex ſolito per

illos

illos dies egerunt; tanquàm deſtinata modica, aut leuia altitudine animi reputarent. Miraculo propè fuit tantò dierum ſpatio inter tam multos diuerſi generis, ordinis, ætatis, ſexus, dites, pauperes taciturnitate hæc omnia cohiberi; ſed videbatur æquum, vt non deſereret fortuna, quos virtus non deſerebat.

Tandē iam in quē-

uis euentum ordinatis, diſpoſitiſq; rebus, ſtatuitur præclariſsimum facinus auſpicari cæde perditiſsimi hominis totius tyrãnidis adminiſtri, de quo ſuprà memoraui. Mox de loco, & tempore agitatum: duæ coniuratos ſententiæ diſtinebant. Alijs videbatur in ſolitudine, ac per inſidias occidendũ, vt certius, & ſecurius: alijs pulchrius,

chrius, & glorioſius in publico perpetrandũ, quod pro Republica ſuſcepiſſent. Præualuit tamen pars ſuadentiũ clariora, intererat enim inſeruire famæ, quę in huiuſmodi cęptis validiſsima eſt. Ad hæc, ipſa frequentia tanti decoris teſtis virtutem extimulauerat eminentem; neque impunitatis cupido, magnis ſemper conatibus

aduerſa, pulcherrimos animos retinebat.

Tempus verò ſortiri placuit. Exiere kalendæ Decembres, in quas percommodè inciderat ex ſacro Chriſtianorum Officio illud magni Apoſtoli ad Romanos: *Fratres, hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus.* Quaſi videretur cælum conſopitam

tam Rempublicã excitare. Id nec dixerim myſteriũ, nec abnuerim videri.

Venit tandem dies, quo facinus memorabile, quo priſcæ virtutis altius incremẽtum noſtra ætas vidit. Qui coniurauerant, priuſquàm deſtinata inciperent, inuicem ſe mutuis exhortationibus ad amorem immortalitatis exacuunt. Ali-

us meminerat veteris gloriæ, inſitæ virtutis, quæ iuerant in obſcurum: alius auaritiæ alienæ, alienæ ſuperbiæ, quæ indiès graſſabantur; alius firmabat animos minuendo metu, accendendâ ſpe, & cæteris gloriæ, belliq; incitamentis. Vnus tãdẽ ita locutus eſt: *Adeſſe finem Imperio Caſtellano, veniſſe egregium reſumendæ libertati tempus,*

& liberandæ patriæ à cõtinuatione tributorum, à ſæuitia præſidentium, ſed oportere, vt quod inchoauerat fortuna, perficeretur virtute. Scirent nihil grauius audenti, quàm ignauo patiendum eſſe; neque aliud conſpirantibus reliquum, quàm exuere ſeruitutem, aut mori pro libertate. Magno aſſenſu celebrata oratio eſt; valebat enim Reip. amor, certamen virtutis,

tis, ambitio gloriæ.

His verò præfatis, piacula ferè omnes expiant Sacramentis, vt pateret animus, innoteſceret conſilium, quibus res, cauſaq; patriæ gerebatur. Mox arma quiſque contegens ad opus ſibi conuolat aſſignatum tãtâ æqualitate, & conſtantiâ, vt non ſinè numine regi crederes.

Dignum ſpectaculum,

lum, ad quod reſpiciat intentus Orbis, viri magni pro vendicanda iniuria, pro adipiſcendâ famâ cum potẽti fortuna colluctãtes. Anceps pugna, incertus exitus, ſed laus ſecura: cùm in proſpero coronam intelligas, in aduerſo animi ſuſpicias magnitudinem.

Primo loco, vt placitum erat, irruunt, ſigno dato, in illã Palatij par-

partem, quam habitabat ſcelerũ executor; vbi ad necem ſedulò quærebatur. Is verò cùm tacita ſuſpicionũ, vulgi rumorẽ, ingruẽtem inuidiã altiùs metuiſſet; ſtatim, quod imminebat fatũ, præſenſit ex ſtrepitu, quia timor ad cauendũ acutus. Quæſiuit effugiũ, ſed non patuit. Dilapsã, ſeu declinante familiâ, trepidum, anxium, de-

Tunc Marchio Pueblanus è Caſtellanis præcipuus Margaritæ aſſeſſor, vir ſapiens, diſertus, & animorũ Luſitaniæ prudens in hũc modũ locutus eſt. *Vos ſcitis quoties ego ex interfectæ belluæ inſolentiâ hunc vobis prædixi diem, quem multò antè verebar, & iam abundè deploro. Vos mihi teſte: eſtis quanto Principis amore, quantâ libértate, & fide de his, atque a-*

uis euentum ordinatis, diſpoſitiſq; rebus, ſtatuitur præclariſsimum facinus auſpicari cæde perditiſsimi hominis totius tyrãnidis adminiſtri, de quo ſuprà memoraui. Mox de loco, & tempore agitatum: duæ coniuratos ſententiæ diſtinebant. Alijs videbatur in ſolitudine, ac per inſidias occidendũ, vt certius, & ſecurius: alijs pul-
chrius,

chrius, & glorioſius in publico perpetrandũ, quod pro Republica ſuſcepiſſent. Præualuit tamen pars ſuadentiũ clariora, intererat e-nim inſeruire famæ, quę in huiuſmodi cęptis validiſsima eſt. Ad hæc, ipſa frequentia tanti decoris teſtis virtutem extimulauerat eminentem; neque impunitatis cupido, magnis ſemper conatibus

aduerſa, pulcherrimos animos retinebat.

Tempus verò ſortiri placuit. Exiere kalendæ Decembres, in quas percommodè inciderat ex ſacro Chriſtianorum Officio illud magni Apoſtoli ad Romanos: *Fratres, hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus*. Quaſi videretur cælum conſopitam

tam

tam Rempublicã excitare. Id nec dixerim myſteriũ, nec abnuerim videri.

Venit tandem dies, quo facinus memorabile, quo priſcæ virtutis altius incremẽtum noſtra ætas vidit. Qui coniurauerant, priuſquàm deſtinata inciperent, inuicem ſe mutuis exhortationibus ad amorem immortalitatis exacuunt. Alius

us meminerat veteris gloriæ, inſitæ virtutis, quæ iuerant in obſcurum: alius auaritiæ alienæ, alienæ ſuperbiæ, quæ indiès graſſabantur: alius firmabat animos minuendo metu, accendendâ ſpe, & cæteris gloriæ, belliq; incitamentis. Vnus tãdē ita locutus eſt: *Adeſſe finem Imperio Caſtellano, & veniſſe egregium reſumendæ libertati tempus,*

& liberandæ patriæ à cõtinuatione tributorum, à ſæuitia præſidentium, ſed oportere, vt quod inchoauerat fortuna, perficeretur virtute. Scirent nihil grauius audenti, quàm ignauo patiendum eſſe; neque aliud conſpirantibus reliquum, quàm exuere ſeruitutem, aut mori pro libertate. Magno aſſenſu celebrata oratio eſt; valebat enim Reip. amor, certamen virtu-

tis,

tis, ambitio gloriæ.

His verò præfatis, piacula ferè omnes expiant Sacramentis, vt pateret animus, innoteſceret conſilium, quibus res, cauſaq; patriæ gerebatur. Mox arma quiſque contegens ad opus ſibi conuolat aſſignatum tãtâ æqualitate, & conſtantiâ, vt non ſinè numine regi crederes.

Dignum ſpectaculum,

lum, ad quod reſpiciat intentus Orbis, viri magni pro vendicanda iniuria, pro adipiſcendâ famâ cum potẽti fortuna colluctãtes. Anceps pugna, incertus exitus, ſed laus ſecura: cùm in proſpero coronam intelligas, in aduerſo animi ſuſpicias magnitudinem.

Primo loco, vt placitum erat, irruunt, ſigno dato, in illã Palatij par-

Tunc Marchio Pueblanus è Caſtellanis præcipuus Margaritæ aſſeſſor, vir ſapiens, diſertus, & animorũ Luſitaniæ prudens in hũc modũ locutus eſt. *Vos ſcitis quoties ego ex interfectæ belluæ inſolentiâ hunc vobis prædixi diem, quem multò antè verebar, & iam abundè deploro. Vos mihi teſtes eſtis quanto Principis amore, quantâ libertate, & fide de his, atque a-*

lijs maiorem monuà Imperij Adminiſtrum. Vidiſtis ſemper fidelibus monitis tardas aures; nunc ſpreti conſilij mercedem colliget, cuius, vt regimen tetigit, fortuna cum improbitate certauit. Mihi loco ſolatij erit vacaſſe culpâ, officij impleſſe partes. Sed ad ẽminentis periculi remedia veniamus.

Experimento comprobatum eſt Margaritã graues Eboræ tumultus modicis

dicis remedijs cõpreſſiſſe; conſentaneum, ſi quem alium, eam vnam poſſe muneris authoritate, generis claritudine, religione ſexus mitigare iras, mulcere animos, quos præſentium mutatio ad ſpes nouas, & veterem libertatem cernitur obfirmaſſe; neque ſedando Luſitanorum furori aliud poſſe promptius remedium, aut efficacius reperiri, quàm fæminæ Principis reuerentiam, gens quippe

ingenio arrogans, & elatâ gloriatur ſe virtute propriâ, non alienâ vinci. Igitur prudentiæ eſt ſuperbæ nationis genio aſſentiri, cùm præſertim natura, vt corporis, ita animi grauiſsimũ quemque morbum leniùs, & ſecuriùs curet; neque expedit, ignaro Principe, infirmis viribus rem ſummam fluctui fortunæ per aſperiora committi, quando multa, quæ in præſens prouideri non poſſunt, in

melius ſpatio, & tempera-mento caſura.

Sententiæ nemo v-nus contraire auſus eſt, cùm ſuper viri autho-ritatem, conſtaret cõ-ſilio, atque operâ ſem-per Imperij prouidiſſe ſaluti, ſemper Princi-pis conſuluiſſe gloriæ; & deſertis, quæ ſinguli probauerant conſulen-tium, placuit vniuerſis, vt Margarita blandâ oratione, ac mitibus

verbis tentaret animos nobilium, an incipiens adhuc, & nondum adulta ſeditio melioribus conſilijs flecteretur. Margarita verò, poſtquàm è feneſtris Palatij fruſtrà populũ ad auxilium inuocauit, ad nobiles, qui aderãt, reuoluta, grauitate sũmæ fortunæ retentâ, arrogantiam verò, & inuidiam fugiens, multâ dicendi arte incipit

in

in hunc modum.

Sextus annus agitur, viri ornatiſſimi, ex quo ignara futuri accita ſum ex patria mea, veſtram vt regerem Luſitaniam, quo noſtræ domus, aut Reipublicæ fato, in manu veſtra poſitum eſt; veruntamen nomine meo nec paueam triſtiorē caſum, nec mirer, vt quæ, aduerſa toties experta ſciam non minus diſcriminis habere ſecunda; ſed iniuncti muneris, ma-

ieſtatis Imperij, & ipſius veſtræ Reipublicæ vicem doleo, ſi vobis, & mihi aut perire hodie neceſſe eſt, aut occidere ob perditam reuerentiam. Prementis motus ſolatium habeo, hactenus incruentam vrbem, & rem vnius cæde tranſactã. Agnoſco merita Parricidæ ſupplicia, neque abnuo publicâ fortunâ extinctum. Veſtras, & patriæ vlti eſtis iniurias, vltione firmaſtis viros vos eſſe virtutis. Quieſ-

cite

cite iã: reueremini maieſtatẽ: ſeruate Principi fidẽ, & veſtra ipſa fides, ac fama illæſa, & cum laude manſura. Si vos quiſquam ob factum ignominiâ notet, laudabo ego, ſi vocet in crimen, intercedam; & vtcunque res erit, impunè feretis. Si quæ tamen vltrà optatis, Rex ex facili largietur vobis; me, & ipſum publicâ fide adſtringo; ſed non per ſeditionem, & turbas deſideria ſubditorum

ad

ad Principem deferenda, neque maiores veſtri contra morem obſequij, contra fas diſciplinæ quidquã à priſcis Regibus petiere. Moneant vos vtriuſque fortunæ documenta, ne contumaciã cum pernicie, quàm obſequium cum ſecuritate malitis. Sin aliud, quod fari non licet, & Deus auertat, tentatis! Bona pacis, belli diſcrimina, veſtrumq; memoriam cogitate.

Orationi breuiter, ſed

ſed generosè reſponsũ:
Non cepiſſe arma ad interitum homunculi tantæ virtutis, & nobilitatis viros, ſed vt vi ablatum Imperium IOANNI poſtliminio reſtituerent, qui pro vtilitate communi ſolus omnium curas, & labores ſuſceperat: igitur oportere dare manus cui Deus, natura, & homines adhærebant.

Hæc audiens Margarita, & comperto vanos eſſe ſermones, irri-

irritã ſuaſionem, neque poſſe authoritate, precibus, manu obſiſtere, aut nobiles retinere, ſpẽ fouere deſiit, mæſtaque deſcendit in ſilentium; nam ſenſit tãdem cuius muneris, & nominis ſibi foret obliuiſcendum. Mox à regia cum ſuis in priuatam domum fuit perhoneſtè, & aulico comitatu deducta. Quo exemplo doceatur genus

nus humanum, nihil rerum mortalium tã inſtabile, fluxum, ſubiectumque fortunæ eſſe, quàm Imperiũ violentiâ actũ, & humanâ tantùm potentiâ nixũ.

Occiſo itaque tyrãnidis adminiſtro, declarato Principe, occupato Palatio, ſtatim immortalitatis, & gloriæ candidati, diſtrictis gladijs in ſpeciem, ac terrorem per vrbẽ vo-

litare, rei motæ cauſas ſpargere, ſtudiaq; populi tentare, ſi conatibus eorum aggregarētur, ſi vox communis cum aſſertoribus eſſet; nec iam ſibi comites ad pericula, ſed ad gloriã facinoris depoſcebant. Plures in itinere aggregati, alij conſciẽtiã, plerique miraculo, pars clamore, pars ſilentio ſpiritus ex euentu ſumpturi.

Quo

Quo verò tempore horridū cadauer proiectū eſt in Palatij foſſū, conglobari promiſcua multitudo, ſtrepere cuncta clamoribus, tumultu, & interrogatione mutuâ, nullo, niſi conſcijs, noſcēte, quod cædis initium, quis finis. Nouitas, & inſcitia rei ciuitatis animos primùm tenuit pauidos, ac ſuſpēſos, fuitq; magna inter homines

admiratio, magna populi confuſio, omnia ſuſpicionum plena, & vix ſecreta domuum ſine formidine; quippè illo interim in ſpatio inhorruerat Olyſſippo. Augebat miraculum clamor, arma, ſanguis cum temperamẽto, ac modo; nam hæc palàm, cauſa in occulto.

At poſtquàm nobilium voce percrebuit fama veri, relictis ædibus

bus,& officinis,per fora, per vicos,per plateas ruere in plauſus, & immodica ſtudia:anteire proximos: certare cum præcurrentibus: deteſtari vetera:laudare præſentia, non tantùm populus, non imperita plebs, ſed cuiuſque ordinis viri,inſimul anhelantes communem haurire lætitiam, ac inuicem gratulari. Vt quiſque obuius,

tuius, quanuis leuiter audita, impertiebat aliijs, & illi in plures cumulata gaudio tranſferebant.

Mox ob Regis auſpicia ſolennis educitur pompa. Vrbis Antiſtitem effigies Chriſti Crucifixi præibat. Is, ô mirum ſpectaculum! viâ regiâ, feruente turbâ apud ædem D. Antonij, qui gẽtis noſtræ in pace decus, in bello

præſidium eſt, excuſsit clauum, intendit manum, quaſi dexterâ ſuæ virtutis iugum è Regni ceruicibus excuſſurus: vt quod in Alphonſo manu fixâ fundauerat ad labores, in IOANNE manu forti, & expeditâ ad gloriã vendicaret. Aduertere proximi, deinde plures, hinc per omnem populum miraculum, & ſpes magna fælicisſimi

principatus, cuius hoc primum ſpecimẽ noſcebatur.

Præterea, nec ſine admiratione, videres verſum ciuitatis ſtatũ, tranſlatum Imperium facinore glorioſo, & tamen momẽto temporis placidâ, & inauditâ quiete agere ciuitatem; nec Caſtellanorum vox vlla, ſed attoniti vultus, & conuerſæ ad omnia aures; quale

magni

magni metus ſilentiũ eſt. Hîc reuereatur Orbis, miretur, & obſtupeſcat naturæ indolem, animi magnitudinem, vocis modeſtiam in populo Luſitano, quippè qui in die adeptæ libertatis ſuę furens, & victor non modò pepercit, ſed & ipſis hoſtibus cauit, vt ne vnus quidem vel leuiſſimam iniuriam, aut contumeliam pateretur.

tur. Nihil tale per retrò ſæcula viſum, auditumve: ſed id propriũ genti noſtræ, quæ vnũ putat inſatiabiliter parandum, proſperam ſui memoriam, ſatis gnara vitam breuem, curſum gloriæ ſempiternum, optimoſque mortaliũ præclarum nomen flagrantiſſimè cupere, degeneres animos aſpernari, nam contemptu famæ, contemni virtutes.

tes.

tes.

Nec minùs profectò mirere diuersã omnium, quę vnquàm accidere, ſeditionum faciem; in alijs enim peſsimus, & viliſſimus quiſque explere iras: cnncta ſine diſcrimine inter profanum, & ſacrum ſpoliare, rapere: vi, cædibus, ſtupris polluere; neque protegit ætas, ſexus, dignitas, aut Numinis reuerentia.

ren-

rentia. Nunc verò in ciuitate magnitudine, & opulentiâ Hiſpaniarum principe, vbi aderat miles, direptorum copia, lixarum, calonumque amplior numerus, & in libidinem, ac ſæuitiã corruptior, apertis domibus, patẽtibus officinis, opibus prædæ, ac direptioni obnoxijs, non furtum, non ſcelus, non cædes admiſſa, vnam ſi exci-

pias ad vindictam publicæ maieſtatis.

Viſebantur priuata odia publicis vtilitatibus inter arma remitti. Obuij inimici ferro accincti exuere ſimultates, & ſubito amore ruere in amplexus. Crederes ciuium diſcordias fatali motu ad mutuam charitatẽ pro ſalute patriæ cõſpiraſſe. Manifeſtum id, vetuſq; præsẽtiſſimi Nu-

minis argumẽtum; niſi dixeris libertatis gaudium cunctis affectibus flagrantius eſſe.

Multa alia mira admodùm euenere, fælicitatis futuræ præſagia manifeſta, multa, quæ niſi ijs, qui videre, nemini credibilia sũt; ſed neque mihi tam feſtinãti exprimere vacat, neque ſi vacaret, facilè poſsẽ. Id ſolùm voce publicâ dixiſſe habeo.

beo. Cuius vrbis timueramus ruinam, eã ne commotam quidẽ ſenſimus. Is habitus animorum fuit, vt pulcherrimũ facinus auderent pauci, plures vellent, cuncti probarent.

Luſitaniam, quanta patet, breuiſsimè rei geſtæ fama peruaſit, non auribus tantùm, ſed animis vltra mortale gaudium vbique

accepta: mox noui Regis tranſcurrit epiſtola. Vnà hæc octodecim vrbes, octingenta oppida, ad quindecim pagorum millia, quibus conſtat Regnum, abſque mora vnà cum tranſmarinis in partes meliores, & iuſtiores traduxit, neq; vſquàm lætitiæ terminus, neq; requies mutuæ gratulationis erat, nam quẽ modum omnes in illo

ſubito pietatis calore ſeruarunt, hunc ſinguli poſteà meditati tenebant. Ergo princeps Luſitaniæ populus ſolummodò primus fecit, quod omnes facturi erant, nec profectò tantoperè cunctis factum placeret, niſi placuiſſet, antequàm fieret.

Tredecim arces, (mirabile dictu, difficile creditu) præſidio Caſ-

tellano munitæ, ſine
ſanguine, ſine largitio-
ne quàm citiſsimè in
deditionem venerunt,
ſiue proprio terrore,
ſeu, vt verius credo, fa-
tali cõcuſsione adſtric-
tæ, nam conſtat gentẽ
expertæ eſſe virtutis,
gloriæ cupidam, fidei
conſtantem, poſſeque
aduersùs noſtrorũ im-
petum ſaltem ardua
Caſtellorum ex facili
propugnare, & tamen
ne-

nemo vnus pro decoris famâ, pro militiæ Sacramẽto, pro Principis charitate periculum ſumpſit, aut ferrum ſtrinxit.

Intereà optatiſsimus Rex vndique circumfuſus cunctorum Ordinũ flore ingreditur vrbem natam ad Orbis Imperium. Non ætas quemquam, non valetudo, non ſexus à conſpectu Principis remo-

ratur. Illum pueri noſcere, monſtrare iuuenes, mirari ſenes, cuncti, tanquam ad clarũ, ac beneficũ ſydus aduolare. Inde alij, viſo eo, ſe ſatis vixiſſe, alij nunc magis eſſe viuendum diſſerebant. Fæminæ congratulabantur fæcunditati ſuæ, quòd ciues, ac milites tanto Principi peperiſſent.

Videres referta tecta,

ta, ac laborantia, nullum vacantem locum, oppletas vndique vias, alacrem hinc, atque indè populum, vbique lętitiam, par gaudium, paremque clamorem; & ad vnius ſalutē collata omniū vota, cùm ſibi, ac liberis ſuis intelligerent ſe precari, quæ pro Principe precarentur.

Mox auxit publicā lætitiam, & honorem

regia

regia coniux Aloyſia, cuius ingreſſu intermortua veteris Reipublicæ, aulæque memoria renouatur. Implebat ipſa intuentiũ viſus venuſtate, puerperijs, ſanctimonia. Mox omnium animos in ſe conuertit currus pulcherrima prole ſuperbus, quem proſequebantur flagrantia cũctorum Ordinum ſtudia fauore, & plauſu,

vnuſquiſq; occultâ futuræ gloriæ ſpe; quoniam, & ſoboles generoſa in tenera iam ætate maiorum merita, ac imagines referebat, & nulla æquè firma Imperij munimenta, quàm numerus liberorum.

Rex verò tantis virtutibus eſt ornatus, quãtas perfecta & naturâ, & induſtriâ mortalis conditio recipit.

Ipſe

Ipſe ortu beatiſsimi ſæculi eo vultu, eâ benignitate nomen Regis exercet, vt cum ciuibus ſuis, quaſi cum liberis parens, viuere videatur.

Quæ vulnerata erant, ſanare potiùs voluit, quàm recidere, nã maluit videri inueniſſe bonos, quàm feciſſe. Turpem illam tyrannorum vocem (*oderint dum metuant*) in hanc

præ-

præclaram mutauit (*ne metuant dum diligãt*) qua auxit amorem, aucto-ritatem non minuit.

Ipſe Imperio maximus, ſeueritate lætiſſimâ, hilaritate priſcâ par omnibus agit, ſed hoc melior, & cæteris maior. Dominatum, ac libertatem, res olim diſſociabiles, ſic iungit, ac miſcet, ſic facilitatem Imperij quotidie auget, vt ſecuritas pu-

blica non ſpem modò, ac votū concipiat, ſed ipſius voti fiduciam ſibi aſſumat, fruiq; triũphet rarâ temporũ fælicitate, vbi ſentire, quæ velis, & quæ ſentias, dicere licet.

Principatus, non aſcitâ magnitudine, ſed ingenitâ cordis modeſtiâ ſtabilitur, non Imperio, ſed religione ſacratur, eòque in æternitatem manſurus. Iuſtitia

titia Reipublicæ reddita: magiſtratibus auctoritas: iudicijs grauitas. Suſpicit potentẽ humilis, nõ timet. Præcedit, non contemnit humiliorẽ potẽs. Omnibus rectè faciẽdi aut incuſſa voluntas, aut impoſita neceſſitas: & omnia rectè facta; quia rectiùs imperatũ. Cætera aulæ bene cõpoſita, munera optimẽ diſtributa: ac ita tandẽ

ſibi reddita Luſitania, vt crederes magnum illum Regem Emmanuelem rediuiuũ glorioſiùs exultare in non pænitendo nepote.

Fuit tamen in mira concordiâ fælix, ſpecioſumque certamen cũ modeſtia Principis populi pietati. Dubitares vter ardentior? Rex de ſuo iure remittit, ſtringit populus. Rex iuſto onere leuat,

po-

populus ſe lubens grauat. Rex ſua in commune confert, populus ea ne in medium afferantur, anteuertit ære collato. Neuter cedit, vincit vterque.

Hæc in publicis comitijs ad ſtipēdia belli pro Reip. libertate: priuatim verò ad Principis ornatum, ad Imperij maieſtatē pecunias, gemmas, pulcherrimam ſupellectilem,

auro; & argẽto deco-
ra, vt quiſque opibus
validus, ſinguli offere-
bant inſtinctu, impetu,
& amore; non illi mo-
dò, quibus ex mutatio-
ne rerum ſpes magnæ,
ſed infima quoquè
plebs, cuius acutè, ve-
nuſtèque dicta, & fac-
ta, ſi exprimere feſti-
nanti diceret, legentes
forſan caperet admira-
tio. Rex tamen lauda-
to ciuiũ ſtudio, à mu-

ne-

neribus oblatis comi, & lætâ ſeueritate abſtinuit, precatus, vt ſaluti publicæ reſeruarent; quo rurſus omniũ animos, & fortunas firmabat ſibi, poſteris, & Imperio. Quid multa? Rex cordium eſt, & in cordibus regnat; obediunt corda adorantium ritu. Ex quo Reges capiant documentum, beneuolentiam Principis, & ſub-

ditorum amorem validiora eſſe, quàm metum, & pænam ex legibus ad obſequium, & officia.

Magnum quidem genti noſtræ ex ſeruitute dedecus: magnũ ex tyrãnide Reipublicæ vulnus: ſi hæc tamen ſola erat ratio, vt tanto Principe frueremur, propè eſt, vt exclamem. O Tyrannidem fæliciſſimam! O

beatiſsimam ſeruitutẽ!

Maris,cælique temperiem plerumq; turbines, tempeſtateſque commendant; ita ſanè ad habendum recentis fælicitatis vſum, triſte illud ſeruitiũ prçceſsiſſe crediderim. Habet has vices cõditio mortalium, vt ex ſecundis aduerſa, ex aduerſis ſecunda naſcantur.

Is fuit euentus facinoris Luſitani omni

æuo

æuo cum gloria repetendi, fælix adeò, vt nec plùs ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi fæliciùs. Materiæ amplitudo multorum voluminum inſtar exigit, ſed operis modus paucis eam narrari iuſſit. Spero tamen his plenè dicendis decora ingenia minimè defutura, vt aſſertorum nemo ſine honore in ſæcula memoretur; imò pro-

propriam memoriam habeat; nam ſuũ cuiq; decus poſteritas rependit, & quamquàm Luſitani, vt agere digna memoratu proni, ita tradendi poſteris incurioſi ſint, rati factorũ conſcientiam ſatis eſſe, aliquandò tamẽ magna aliqua, & nobilis virtus id vitium ſupergredietur gentis, vt virtutes ijſdem in terris optimè æſtimẽtur, qui-
bus

bus facillimè gignuntur.

In magnis rebus, & recordatione dignis conſilia primùm, deinde acta, poſteà euentus expectãtur; proindè, ſi rei geſtæ initium, ordinem, finem prudens arbiter expendat, haud dubius iudicabit gentis noſtræ facinus ſummæ virtutis aſcendiſſe gradum, humani ingenij ſuperaſſe vires, neque

neque enim vetus ætas tantum laudis imitandũ poſteris tulit, neq; eſt mortaliũ, qui poſſit de tanto nomine gloriari. *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris; ô Domine, bene proſperare: benedictus, qui venit in nomine Domini.*

Non tamen fraudabo ætatis, & gẽtis noſtræ viros famâ, & gloriâ fælicis audaciæ, qui

non vulgi opinione, ſed prudentiũ iudicio, non Poetarum carminibus, ſed facinoris pulchritudine, non annalium monumentis, ſed patriæ libertate ſe à ſilentio, & obliuione hominum vendicarunt. Hos quidẽ ſupra omnes antiquitatis celebres extollendos reor, niſi quod mortales eius ſumus naturæ, vt audita viſis laudemus

libentiùs, & præſentia inuidiâ; præterita veneratione proſequamur; ſeù quia his nos obrui, illis inſtruĩ credimus, an dum vetera extollimus, recentium incurioſi ſumus.

Documenta iuris, tyrannidis ſummam, ſeriem rei geſtæ, ſtatum Reipublicæ hactenus repetita referũt in comitijs Olyſſippone celebratis mẽſe Ianuario;

anno milleſimo ſexcẽteſimo quadrageſimo primo tres Regni Ordines, in quibus Regnum ipſum, & ſumma continetur poteſtas, relationem ſecuto decreto: *Proprium, & ſolius Regni eſſe, vacuâ ſede regiâ, & dubiâ ſucceſſione, iudicare, ac palàm facere, ad quẽnam pertineat principatus.*

Mox profertur ſententia, *pertinere nunc*

Luſitaniæ Regnum ad IOANNEM filium Theodoſij Magni Brigātiæ Ducis, tanquàm nepotem, & hæredem Catharinæ genitæ Eduardo, & neptis Emmanuelis Regis, ad quam olim pertinuerat eiuſdem Regni ſucceſsio iure, conſuetudine, & legibus Luſitaniæ per obitum Henrici patrui, illamque fuiſſe iure ſuo vi violentâ exutā, eòque ad eundem IOANNEM tranſmiſiſſe ius recuperandi

di gentile Imperium, quâ ratione poſſet.

Declaratur deinde, *Regnum iure optimo Philippum quartum regiâ poteſtate priuaſſe; quia par non erat, vt in aliena ditione dominum ageret; & citra iniuriam eſſe inaudito irrogari priuationis pœnam, quando culpa vtriuſque tyrannidis ita in propatulo erat, vllâ vt non poſſet tergiuerſatione celari.*

Præ-

Præfulſit tandē exemplū primi Alphonſi Luſitaniæ Regis, qui cùm eſſet in cāpo Orichienſi conſalutatus Rex; tamen in primis comitijs Lameci habitis à florētiſsimo Regni conuentu Rex iterum ſalutatur, idq; placuit in acta referri, & archiuis publicis aſſeruari, ne vnquā rei geſtæ exoleſceret monumentum.

Hunc in modũ fuit decretum, *Vt quãquàm IOANNES eſſet à populis Rex electus, & acclamatione publicâ ſalutatus; tres tamen Regni Ordines in præſentibus comitijs, pacatâ Republicâ, ſeruato more maiorum, & iuris ſolennibus in eius verba iurarent.* Ita factum: cũcti ſubſcribunt; Acta conficiuntur ad æternum regij tituli firmamentum; vtque Orbi

ſit gnarũ, quâ fide, quo iure ſe Luſitania geſſit, dũ à ſummo Regni faſtigio Philippum amouit, ſuffecit IOANNEM.

Series hiſtoriæ poſcere videtur, vt rẽ notatu, ſcituque maximè dignam paucis repetã. Volens Henricus Luſitaniæ Princeps decernere ad quem gentilis Imperij ſpectaret ſucceſſio, ſi abſque prole

diem

diem ſuũ obiret, Philippum, & competitores in iudicium vocat. Philippus, cæteris annuentibus, vnus aſſentiri recuſat; ne tamen auunculi reuerentiam exuere videretur, mittit Legatum Ducem Oſunæ, qui illum extra ordinem de iure ſuo moneret.

Henricus verò morbo, atque ætate cõfectus, cùm ſibi finem vitæ

tæ adeſſe intelligeret: inter Catharinam, & Philippum de tradenda Rep. dubitauit. Catharina iure potior, aderantq; vulgi ſtudia, & Maiorum memoria: Philippus armis potẽtior, opibus, & fortunâ validior; eòque tranſierant in partes ſenis timor, Procerum metus, & quantum ambitionis, ac auaritiæ Regno erat. Cæterùm,

ſi

ſi ex Caſtellana domo ſucceſſor quæreretur, ne gẽtis gloria, ne Luſitaniæ nomen in ludibrium, & contumelias verteret, metuebat.

Hæc in ſecreto cum amicis anxius volutabat Henricus, & modò huc, modò illuc, vt quemque ſuadentium audierat prõptus, vocat patronos, ac referre cauſam, & adijcere rationes iubet; ſed tandem

dem incertus animi, feſſo corpore, iudiciũ, cui impar erat, ex cũctorum Ordinum aſſenſu quinque permiſit viris, iactis vocibus, per quas intelligeretur ſe fortunæ eſſe prouidum imminentis, nolleque in culpam, aut in cauſam vocari.

Mihi quantò plura recentium, ſeu veterũ reuoluo, tantò magis ludibria rerum morta-

lium cunctis in nego-
tijs obuerſātur, etenim
quò nimiùm timidus,
ac nullius animi ſenex
cauere inuidiam duxit,
eò acriùs in ſe odium
concitauit.

Haud pigebit rei
cauſam pluribus igno-
tam vulgari. Primùm
omnium ſatis conſtat
Philippum ſecretis li-
teris monuiſſe Ducem
Oſunæ, vt, ſi Henricus,
ſpreto ſororis filio, fra-

tris

Eodem tractu temporis audierat Henricus Caſtellam aduerſùs gentem noſtram arma induere, exercitus colligere; proinde legatos miſit paulò ante obitum ad Philippum. Summa legationis erat. *Ab optimo Principe longè alienũ, neq; Catholicæ maieſtati decorũ legionibus potiùs, quàm legibus agere: abſiſteret bello, ſententiam expectaret*

certus gloriæ, aut Imperij.

Reſponſum diſtulit Philippus, agnouerat enim legãti fatũ quotidie impẽdere; ſed vbi primùm Hẽricus breui, & inglorio imperio perfunctus eſt, ingẽtes equitum, ac peditum copias in Luſitaniam ducit, & legatos, vim, ac iniuriã enixiùs deprecãtes, ſpei irritos remittit, ac imperat nũciare, *Perridiculum eſſe,*

vt

ut qui Regis, & auunculi arbitrio non conſenſerat, priuatorum hominum iudicio aſſentiret; legitimo obtemperarent cum reuerentia Principi, obſequentibus facili, & magnifico, pertinacibus difficili, metuendo; expectarent ab obſequio opes ſinguli, & honores, Reip. incrementũ: contrà ex rebellione miſerias, & ruinã. Scirent cuncti venire ſe validâ manu: ac, ni turbatores, & ſeditioſi quieſceret,

vſurum promiſcuâ cæde, nã in pace cauſas, & merita ſpectari, vbi bellum ingruat, innocentes, ac noxios iuxtà cãdere.

His auditis, tres è quinque iudicibus deſignatis, ſeu metu perculſi, ſeu malis artibus illecti, re integrâ, Aiamontium in oppidum Caſtellanę ditionis cõfugiũt. Vnde protinùs à Philippo abire iuſſi, & Caſtrum Marinum in

tris filiam declararet hæredem, ſtatim ſuo nomine de lætitia, & fælicitate conſobrinæ gratularetur ſuæ, quo palàm factum ideò de iuſtitia triũphaſſe potentiam, quia inualidus ſenectâ, & ignauiâ Princeps litem pauerat, reliquerat indiciſã; vndè inſigni iniuriæ par inuidia attributa.

Si cui verò inter ſe pugnantia videantur,

arbitrio conſenſurum, qui arbitro non conſē-ſit; ſciat iureconſultos Caſtellæ Catharinæ cauſam ex legibus agnoſcere potiorē, Philippi nō inualidam iudicare, eamque poſſe, ni iudicis ſententia intercederet, ex iure quoque admitti. Hinc ſtatuerat Philippus cauere iudicium, facere iudicatum. Sed ad ordinem reuertamur.

Eodem

in confinijs Luſitaniæ poſitum (quòd oppidū ad eius partes defecerat) cum mandatis regreſſi, vt illic pro eo ſententiam ferrent, ac ita videretur alienū Imperiū per iuris ſpeciem adipiſci.

Iuſsis obtemperant incurioſi famæ, Patriæ deſertores, ipſis etiam, quos anteponunt, inuiſi, & cum iniuria iuris propriæ auaritiæ ſacrificant

ficant

ficant aliena; quos fato perfunctos ne nominatim tradam, quippè id maioribus eorum, poſteriſque tribuendũ puto.

Id ne arbitremini ſine numine eueniſſe, nã inde terrarũ orbi mala fides innotuit occupantis; quoniam iudicium illud, quod ille competere Luſitaniæ ore obſtinato negarat, vltrò competens facto

pro-

proprio prædicauit. Cauſa verò tunc temporis à lacerato iudicio perperàm iudicata, ex legibus iniudicata mãſit, expectatura verum iudicium, verãq; ſententiam, quam tres Regni Ordines, ſoli verè iudices ipſiuſmet cauſæ, in comitijs nuper habitis Olyſsippone tulere. Vt ita IOANNES noſter integro iudicio, verâ ſenten-

ten-

tentiâ, iuſto nomine Regnum capeſſeret; quod Philippus olim ambitu, pecuniâ, violentiâ occuparat.

Hæc animo voluẽs non poſſum nõ admirari inſolentiam, quâ Caſtellani hoſtes nos de proditione appellant. Sed ad vocem, ad conſciẽtiã generis humani prouocamus. Cęlum, terraque iudices ſunto. Philippus ſecũdus

dus electione gentis
noſtræ, ac placito deſ-
titutus; ſpretis arbitris,
ſpreto Regni, & Pōti-
tificis maximi iudicio,
vi potiùs, quàm causâ
agere maluit, ac ſolũm
credulus adſeſſoribus
ſuis, arma capit, alienã
domum occupat, ani-
mæ, famæ, poſteritа-
tis negligens, & ſecu-
rus.

Pro IOANNE in-
tegrum Regni iudiciũ,

legitima ſententia, vox publica, & applauſus, conſulẽtibus viris eximijs pietate, ſcientiſsimis legum, qui de iure populi, Principiſq; certiſsimi, Regnum quolibet modo aſſertũ iri teſtantur. Cur ergo apud Caſtellanos non erit IOANNES ſaltem æquè iuſtus, ac legitimus Princeps?

Sin Philippus ius ponat in armis; & perſtet

in bello, IOANNI nõ deſore amoris ſubſidia, populorum ſtudia, neque Luſitanis virtutem, fortunamque ſæpiùs clade Caſtellanâ expertam. Interim ſuperbiat ventoſa natio, immodici linguæ contumeliam iaciant; manu promptiores tacebunt, donec Princeps ille Deus, rerum arbiter, iuris vindex, inſolentiæ vltor nouiſsimã

de ſuperbis ſententiam dicat, & appareat quẽadmodùm mortaliũ, ita Imperiorum nunc florere fortunam, nunc ſeneſcere, nunc interire.

Quidquid diligimus in IOANNE, quidquid ex glorioſo facinore gentis noſtræ mirati ſumus, manet, mãſurumq; eſt in animis hominum, æternitate temporum, famâ rerũ.

Volumen voto finiamus.

Tu vere,tu magne, tu vne Deus Crucifixe, auctor, & ſtator Imperij Luſitani,quiq; ei ex ipſo ſinu tuo perennem miſericordiã, & inſignia decreuiſti. Te publicâ voce obteſtor, atque precor. Cuſtodi, ſerua, protege hunc ſtatum, hanc Rempublicam, hunc Principem,eiq; functo

longiſsimâ ſtatione mortali deſtina ſucceſſores ipſi ſimiles quàm ſeriſsimos, quando eorum principatum iure promiſsionis tuæ à te indiès augendum, à te fæliciùs credimus æternandum.

LVSITANVS ſcripſit

AD

AD CVRIOSOS.

H*Iſtoriam in Orbe nouam, ſed veterũ monitis, imo & verbis Luſitanus ſcripſit. Lapides, & ligna ab alijs accepit: ædificij tamen extructio, & forma tota ſua. Architectus igitur ipſe eſt. Nec araneæ textus ideò melior, quia ex ſe fila gignit, nec apis vilior, quia ex alienis libauit.*

 P.F.

P. F. FRANCISCVS à S. Auguſtino Ordinis Minorũ Theologiæ Profeſſor, & Magiſter.

AD LECTOREM.

CVm eſſem Pariſijs, octo Luſitaniæ Vindicatæ exemplaria breui tempore ex diuerſis Europæ partibus ad manus peruenere meas. Ea verò ſibi ſingula diſcrepantia, &, vno excepto, omnia mendoſa: igitur Luſitaniam ipſam ex archetipo, quem præ manibus habeo, ſine crimine tranſcriptam edere viſum eſt; quandò præ operis maieſtate in meo Propugnaculo Luſitano Gallico

lico Authoris nomen, eo quidem prorſù inſcio, prodidi, vt recenti editione impoſturæ exoleſcát, opus congruat cum artifice, & viri, ac ingenij maneat admiratio. Nam Hiſtoriæ Scriptor ſi adpoſitè ad delectationem, ad fidem, ad vitam dicat, impleſſe munus ſuum videtur. Luſitanus verò in vera Luſitania ſuâ hæc tria ita miſcet, ac temperat, vt adlegi inter Hyſtoricorum Principes à prudenti Cenſore poſſit; & quanquàm ab hinc ſæcula permulta non eadem linguæ Latinæ puritas, tamen ſic à diſertiſſimis Romanorum modos caſtiſſimè loquendi curioſâ fælicitate mutuatur, tantáq; in ijs elegantiá fulget, vt vocare illos ipſos in certamen dignitatis queat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google